INSTITUTIONES GRAMMATICAE

IN USUM
SCHOLARUM GRAMMATICARUM
REGNI HUNGARIAE
ET
ADNEXARUM PROVINCIARUM.

PARS SECUNDA.



BUDAE

TYPIS REGIAE UNIVERSITATIS HUNGARICAE.

1817.

Sermo constat ratione, vetustate, auctoritate, consvetudine. Rationem praestat praecipue *Analogia*; nonnunquam et *Etymologia*.

Quintilianus.

PRIVILEGIUM.

Nos Maria Theresia Dei Gratia Romanorum Imperatrix Vidua, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, et Sclavoniae, etc. etc. Regina Apostolica, Archi-Dux Austriae, Dux Burgundiae, Magna Princeps Transylvaniae, Dux Mediolani, Mantuae, Parmae etc. Comes Hapsburgi, Flandriae, Tyrolis, etc. Vidua Dux Lotharingiae, et Barri; Magna Dux Hetruriae, etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis. Quod posteaquam primis statim fundatae Universitatis olim Tyrnaviensis annis, Patres abolitae Societatis, qui eandem providebant, Typographiam Academicam erexerunt, atque in eadem quosvis Scholasticos Libros non interrupta serie in usum tam eiusdem Universitatis, quam et aliarum in Regno nostro Hungariae attunc quoque existentium Academiarum, publicarum Scholarum procudi fecerunt, insuperque super aliis etiam, uti signanter Corporis Iuris Hungarici, privative edendis Benigna Privilegia nostra ita dicta Exclusiva procurarunt, atque penes eadem Privilegia nunc etiam, postquam Universitas Regia Tyrnavia Budam translata, et Typographia Academica quoque hoc loco collocata est, eadem Typographia Excusionem cumprimis Scholasticorum Librorum continuat: pro maiori nihilominus stabilitate, et securitate nomine praefatae Ty-

pographiae, et respective Universitatis Regiae Budensis, ad quam eadem Typographia Academica optimo Iure pertinet, Maiestati nostrae supplicatum exstitit humillime, quatenus saepefatam Typographiam Benigno Privilegio nostro Regio eum in modum, ut nemo sive Spiritualium, sive Laicorum, sive Nobilium, sive Ignobilium, eruditorum, vel rudium Bibliopolarum, Bibliopegorum, aut Typographorum, denique quorumcunque Institutorum, et Veteratorum memoratos cuiuscunque generis Libros Scholasticos in usum Academiarum, Gymnasiorum, ac quarumvis Scholarum publicarum per Regnum nostrum Hungariae, eoque pertinentes Provincias Authoritate nostra Regia, quocunque tempore praescribendos, seu in toto, seu per partes in compendio, vel quocunque demum formato Typis denuo exprimere, vel in exteris provinciis excusos in Regna, et Provincias nostras haereditarias, cumprimis Hungariam, eidemque adnexas Partes sine eiusdem Typographiae praescitu, et annuentia invehere, et vendere ausit, clementer munire dignaremur. Unde Nos ex clementissima reflexione, quod Fundus Typographiae partim pro intertentione et conservatione Bibliothecae Universitatis, sed et aliarum ad Academias Regias, reliquaque publica Scholarum Instituta pertinentium, partim pro remunerandis eruditis Lucubrationibus destinatus sit, partim denique in alios optimos fines deservire debeat, praecipue vero, quod hac etiam ratione noviter constitutum Systema Litterarium confirmare, atque promotionem Rei Litterariae quoquo modo adiuvare velimus, id eidem Typographiae de Regiae Potestatis Nostrae plenitudine, et Gratia speciali clementer annuendum, et concedendum esse duximus, quatenus eadem Typographia praedeclaratos Scholasticos Libros libere, et privative imprimi, divendi et distrahi facere, hocque benigno indultu, et annuentia nostra, generatim autem omni eo Iure, quod prius Typographia penes Universi-

ta-

tatem Tyrnaviensem collocata habuit, in perpetuum uti, frui, et gaudere possit, ac valeat, ea tamen lege et conditione: ut omnes eiusmodi Libros ante eorum impressionem legali, atque in Systemate quoque litterario praescriptae Censurae praefata Typographia submittere teneatur; e contra nemini sive Spiritualium, sive Laicorum; sive Nobilium, sive Ignobilium, eruditorum, vel rudium Bibliopolarum, Bibliopegorum, aut Typographorum, denique quorumcunque Institutorum; aut Veteratorum praementionatosScholasticos Libros vel in toto, vel per partes, in compendio, vel quocunque alio formato interpolare, Typis denuo exprimere, vel alibi impressos in Regna nostra haereditaria, atque Hungariam imprimis, eidemque adnexas partes sine eiusdem Typographiae scitu, et annuentia invehere, et vendere palam, vel occulte sub poena confiscationis eiusmodi Librorum, ac praeterea decem Marcarum Auri puri, in una Fisco nostro Regio, in altera vero medietate eidem Typographiae applicandarum licitum sit, aut permissum, prouti clementer annuimus, et concedimus, ita serio, et firmiter inhibemus praesentium per vigorem. Quocirca universis, et singulis, cuiuscunque Status, Gradus, Honoris, Officii, et Praeeminentiae fidelibus nostris, ubivis in praerepetito Regno nostro Hungariae, Partibusque eidem adnexis constitutis et commorantibus, signanter vero Comitatuum quorumcunque Supremis, et Vice Comitibus, Iudicibus Nobilium, et Jurassoribus, ac totis Universitatibus, prouti Regiarum ac Liberarum Civitatum nostrarum, aliorumque locorum privilegiatorum Iudicibus, Iuratis Civibus, et Senatoribus, ac ipsis Communitatibus, praesentium nostrarum notitiam quoquo modo habituris, harum serie benigne committimus, et mandamus: quatenus mentionatam Typographiam Universitatis Regiae Budensis in impressione, et distractione praememoratorum Scholasticorum Librorum nullatenus turbare, aut

im-

impedire praesumatis, vel sitis ausi modo aliquali, quin potius eandem hacce benigna concessione et indultu nostro Regio in perpetuum libere, et absque omni impedimento uti, frui, et gaudere permittere, alios vero, qui eosdem libros imprimere, vel aliunde inducere, sicque divendere attentarent, ab eiusmodi impressione, inductione, et distractione serio, et sub poena supranotata prohibere, Authoritateque etiam Magistratuali ipsi Typographiae hoc in passu toties, quoties necessum fuerit, assistere, modis omnibus debeatis, et teneamini, secus non facturi. Praesentibus perlectis Exhibenti restitutis. Datum in Archi-Ducali Civitate nostra Vienna Austriae die quinta Mensis Novembris, Anno Domini, Millesimo, Septingentesimo, Septuagesimo Nono, Regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae, et reliquorum anno quadragesimo.

Maria Theresia. m. p.

(L. S.)

C. Franciscus Esztérházy m. p.

Adamus Csathó m. p.

PRAE-

PRAEFATIO.

Quae in Primae Institutionum Grammaticarum Partis Praefatione dicta sunt, pleraque etiam pertinent; iisdem enim fere constat Capitibus, et haec *Pars Secunda*, usui II. Grammaticae Classis Studiosorum adcommodata. Laudabilis semper fuit illa in scholis nostris consvetudo, ut in qualibet Classe initio anni scholastici tempus aliquod iis repetendis, quae discipuli superiore anno, praesertim ex Institutionibus Linguae Latinae didicerant, consecraretur. Hanc ob rem Orthoepia, Orthographia et Etymologia tota in usum etiam II. anni Grammaticorum resumta, accessionibusque novis, ut: versibus de *Generibus Declinatione* Nominum, item de *Praeteritis* et *Supinis* verborum, aliisque compluribus utilibus animadversionibus aucta est. Generalibus XIV.

de

de Constructione Praeceptis additum est, perquam utile ac prope necessarium linguae Latinae studiosis *Supplementum.* Accedunt *Selecta Latini Sermonis Exemplaria*, et *Syllabus Primitivorum* II. Ordinis. Quid ex his primo, quid altero Studiorum Semestri tironibus proponi debeat, prudens perfacile dispiciet Magister. Cum autem e Praescripto Systematis Litteraii Sect. II. Cap. II. §. 47. I. Grammatices anno eousque discipuli deducantur, ut *octo orationis partes dignoscere, et qui felicioris sunt ingenii, verba etiam in breves, simplicesque sententias componere noverint:* haud erit difficile anno II. Grammatices in Institutione linguae Latinae ordine sequenti progredi:

SEMESTRI I.

1.) *Orthographiam Latinam* breviter recolere.

2.) Ad repetendam *Etymologiam* addere versus memoriales de *generibus* et *declinatione* Nominum.

3.) Exponere *Generalia XIV. Praecepta* de Constructione cum Appendicibus.

4.) E *Selectis Latini Sermonis Exemplaribus* ad illustrandas regulas Grammaticas Sententias *Stobaei* Morales, Adagia,

gia, Apophtegmata, Colloquia, Excerpta ex *Severo Sulpitio*, et Fabulas *Phaedri* cum utilissimis adnotationibus, observationibus, et monitis Celeb. Viri *Chrysostomi Hanulik* e S. P.

5.) Syllabum Primitivorum II. Ordinis, methodo praescripta memoriae mandandum proponere.

6.) In Exercitiolis *Syntheticis et Analyticis* tirones saepius exercere.

SEMESTRI II.

1.) Ex *Etymologia:* Versus memoriales Alvarianos de *Praeteritis* et *Supinis* verborum explanare.

2.) *Additamentum* ad generalia XIV. de Constructione Praecepta tironibus creberrima exercitatione inculcare.

3.) *Quia longum iter est per Praecepta; breve et efficax per exempla*, e *Selectis* latini sermonis *exemplaribus* ea in primis, quae ad hunc finem serviunt, methodo Systematis Litterarii §. 235. descripta praelegere.

4.) Syllabum Primitivorum II. Ordinis continuare, et, quomodo ex unius Primitivi notione plurimarum compositarum, et derivatarum vo-

vocum significata facile divinare possint tirones, exemplis adductis docere.

Principiis his Linguae Latinae imbuti discipuli latine s e n s i m b a l b u t i e n t, sibique mutuo interrogatiunculas quaspiam proponent, atque ad easdem respondebunt. Ad facilitatem hanc Latine loquendi adipiscendam non mediocri usui erit, si tironibus ordinarii quandoque thematis, aut *Lectionum*, ut vocamus, loco assignentur breviores quaedam Narrationes Historicae, aut Dicta memorabilia, qualia pag. 350. habentur; quae illi certo consilio domi ita legant, relegantque: ut ad quaestiones eo super argumento formandas tam Vernacula, quam Latina lingua respondere sine haesitatione sciant. Sunt quidem nonnulli Grammatici, quos inter et *Sanctius in Minerva*, qui de paranda linguae Latinae facultate Sententiae illi Ciceronis: *Caput esse quam plurimum scribere; stilum esse optimum et praestantissimum dicendi effectorem et magistrum*, tantum deferendum putent: ut malint receptam loquendi consvetudinem proscriptam e Gymnasiis esse, atque adeo ex omni Eruditorum consortio eliminatam; sed bona eorum venia, liceat nobis Latini sermonis, de cuius in Hungaria in primis necessitate Syst. Litt. Sect. II. Cap. I. §. 59. pluribus agitur, exercitium, quod litterati orbis iudicio valuit, modis omnibus retinere; liceat porro

ro studiosam iuventutem, ne barbare loqui condiscat, ad legendi, scribendique diligentiam; ne muta et elinguis sit, ad familiarem loquendi usum cohortari. Potestas interim adolescentulis liberrima fiat, ut, quae latine nesciunt, vernacula reddant. Satis initio erit, Latina Vernaculis apte miscere. Loquantur, ut possunt, quando, ut volunt, nondum licet; neque enim in magnis arduisque, sed in minimis et facilibus inchoandum. Quodsi, uti principia esse amant, cespitent, aut errent frequentius, cave, ne caperata fronte severius illos admoneas, aut errata perstringas acerbius. Fastidiosissimum est puerorum ingenium; quod amabunt, discent; operam ludes, ubi invitos. Quamobrem, ne errando saepius male loqui condiscant, tunc ipse, in quo lapsi sunt, emendatius sine supercilio repete, praemansum, quod aiunt, in os insere, vocibus barbaris puriora substitue ea providentia, ut peccasse intelligant se se, neque tamen inutili rubore suffundantur. Plura eiusmodi facile occurrent illi, qui parentis affectu cum iis, quorum curare progressum debet, repuerascere suo modo velit. Scribebam Budae Nonis Novembris. MDCCCVII.

JOSEPHUS GRIGELY,
A. A. L. L. et Philosophae Doctor, ac
in Regio Archigym. Budensi II. Humanitatis Scholae Professor et Senior.

CON-

CONSPECTUS
INSTITUTIONUM GRAMMATICARUM PARTIS SECUNDAE PRO CLASSE II. GRAMMATICES.

Pag.

§. II.

CAPUT

His

o

Pag.

His accedunt:

I. SELECTA.

Latini Sermonis Exemplaria in usum II. Grammaticae, et quidem:

II.

SYLLABUS PRIMITIVORUM.

II. ORDINIS.

Praemisso monito ad Praeceptores, et praevia Instructione tironum II. Grammatices.

INTRO-



INTRODUCTIO IN GRAMMATICAM LATINAM.

Quid est Grammatica Latina?

Est ars bene latine legendi, scribendi; intelligendi et loquendi.

Nota 1) Sicut in omni Lingua, ita et in Latina, condiscendi tres sunt gradus:

a) Scriptores Latinos, praesertim veteris aevi intelligere.

b) Latine scribere; et

c) Loqui.

Nota 2) Grammatica est instrumentum tantum Linguae latinae condiscendae. Ad veram Linguae Latinae notitiam plus semper valet diligens Auctorum Lectio sine Grammatica, quam sine lectione Grammatica. Ad metam optatam pervenire volenti, utrique viae simul insistendum est.

Quot partibus constat?

Quinque: Orthoepia, Orthographia, Etymologia, Syntaxi, et Prosodia.

Nota. Alii duas tantum Grammaticae partes statuunt, alteram, quae de Orationis Latinae singulis membris, vocabulis, eorumque variis formis et proprietatibus, alteram vero, quae de eorundem recta compositione agit. — Illam vulgo, et non satis recte, *Grammaticam*; istam *Syntaxim* adpellant.

SECTIO I.
DE ORTHOEPIA.

Quid Orthoepia?

Est, quae Litteras, earum discrimen, scripturam, pronunciationem, et in Syllabas coitionem docet; seu est ars bene legendi.

Quid est Littera?

Est minima pars vocis articulatae, quae scribi potest individua.

Quot sunt Litterae?

Tres, et viginti. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, U, V, X, Y, Z. Ex quibus Graeca sunt: K, Y, Z.

Quomodo dividuntur Litterae?

In Vocales, et Consonantes.

Quot sunt Vocales?

Quinque simplices Latinae; A, E, I, O, U, et una Graeca Y. Ex quibus fiunt sex Compositae, seu Diphthongi: ae, au, ei, eu, oe, yi. ut: *praemium, aurum, hei, Europa, poena, harpyia.*

Quot sunt Consonantes?

Septemdecim: nimirum reliquae Litterae adpellantur Consonantes, quod Vocalibus iunctae simul sonent. Saepe etiam I. et U fiunt Consonantes, quando videlicet Syllabam inchoant, sequente vocali, ut: *ius, ianua, iuvo, iovis, maior, vado, venio.*

Quomodo dividuntur Consonantes?

In simplices, et duplices. Simplices sunt quindecim: Octo mutae: B, C, D, G, K, P, Q, T, et septem Semivocales; ex quibus quatuor L, M, N, R. Liquidae dicuntur. Duplices sunt duae X, et Z.

Quae

Quomodo sunt Litterae hae pronunciandae?

Pronunciatio usu addiscenda est.

Nota 1) Olim aliquae Litterae aliter fuerunt pronunciatae, quam ex proximis seculis accepimus, praecipuè C. et Q., et Diphthongi AE, OE; quas hodie fere ut E efferimus.

2 Non est anxie de illa pronunciatione hodie laborandum, sed litterarum ea, quae hodie in usu est, prolatione utendum.

3) *C* ante a, o, u, et Consonantem; item in finè vocis sonat ut K. e. g *caro*, *çor*, *culter*, *credo*, *ac nec*; ante e, i, y, ae, oe, sonat ut germanicum ʒ: e. g. *cedrus*, *cibus*, *Cyrus*, *Caesar*, *coena.*

4) T sequente i, et alia Vocali, aut Diphthongò sonat ut apud Germanos ʒ: e. g. *ambitio*, *nuptiae* Initio autem vocis, aut praecedente littera s, retinet sonum Litterae t: e. g. *tristia*, *tiara*, *ostium.*

Admonitio. In Scholis quidem iam vernaculis discunt adolescentes noscere litteras, coniungere syllabas, libros typo, et manu scriptos legere: non negliget tamen sedulus Magister, et in Scholis latinis curare, ut disciputi facilem legendi modum consequantur, rectaeque vocum pronuntiationi a teneris assvefiant: quam in rem in Scholis omnia elata voce legi iubeat, et siquid dissoni, affectati, aut declamatorii subrepat, illico corrigat. Inprimis vero ne tirones litteras *B*, et *P*, *D*, item et *T*, inter se affines permutent, tanto diligentius providebit, quanto frequentiorem hunc esse in Scholis, praesertim, ubi Lingua Teutonica magis in flore, vel plane domestica est, errorem quotidiana docet experientia. Intempestiva hac litterarum permutatione saepe numero 1) ipse vocum significatus mutatur, e g *bello*, pro *pellò*; *bolus* pro *polus*; *donat*, prò *tonat* etc: 2) Diversae orationis partes fiunt: e. g. *at* cum *T* coniunctionem disiunctivam facit, *ad* per *D*. Praepositionem. Item *quit* per *T*. scriptum, est Verbum tertiae personae, cuius prima est *queo*; per *D*. *quid* est Pronomen generis neutrius. Proderit ad errorem hunc tollendum 1) inter litteras has, quae vocis sono atque ipsa oris expressione sibi proximae esse videntur, dispari tamen inter se oris officio exprimuntur, viva voce accuratum discrimen tirones docere; 2) occurrentes

in vocabulis *B. P. D. T.* litteras denominatione Graeca per *Bita*, *Py*, *Delta*, et *Tau* in dictando exprimere.

Scripturam litterarum, et quae inde fiunt, etiam Praeceptorum dextra solertia, et lectissimorum scripturae exemplarium: qualia aeri incisa complura prostant, imitatio optime docebit: Ut vero in *Calligraphia* adolescentes assidue exerceantur, expolianturque, necesse erit providere, ut non solum in thematibus domesticis, et scholasticis nulli operae in nitide scribendo parcant, verum etiam *Exercitia Correcta* nitide describant; correctaeque, atque emendatae eiusmodi scripturae exempla consuta in *Semestribus examinibus* videnda exhibeant, ut diligentiores pro merito collaudari, negligentes autem ad maiorem diligentiam excitari possint. Illud hic saltem in genere notandum, omnem lineam, seu versum scripturae habere aliquam latitudinem duabus parallelis imaginariis (apud initiantes plumbagine signatis) inclusam, intra quas ipsa litterarum corpora scribuntur; licet maiusculae litterae inspersae, et minuscularum apices atque appendices sursum, deorsumque egrediantur, ut in sequenti versiculo omnes alphabeti litteras complectente, qui vulgo circumfertur, videre est, quem Magister litteris ad omnes Calligraphiae leges exactis duabusque parallelis inclusis in tabula describat,

Gaza frequens Lybicos duxit *) Karthago triumphos.

*) *K.* Graecorum Latini reddunt per *C*, in quod transiit, ut raro inter latinas voces adpareat. In numis et lapidibus eruditis vox haec nunc per litteram *C*, nunc per *K*, exarata reperitur.

SECTIO II.

DE ORTHOGRAPHIA.

Quid Orthographia.

Est ars recte scribendi.

Quotuplices sunt fontes Orthographiae latinae?

Sunt duplices: 1) *externi* 2) *interni*. Ad *externos* pertinent: 1.) *libri Mss.* veterum Roma-

manorum, quorum, quia Mss. rarissimi sunt, vices subeunt castigatae priscorum editiones. 2) *Lapides*, (literati, et *Tabulae* aeneae. 3.) *Numismata*.

Interni sunt intra ipsam Grammaticam, ad quam referuntur 1) *Derivatio* e latinis, et graecis vocabulis. 2) *analogia*. 3) *Prosodia*, quae v. g. docet *preces* scribendum esse, non *praeces*, etc.

Nota. Ex hoc iam satis apparet ad perfectam *Orthographiae Latinae* notitiam neminem prius, quam universam Grammaticae Oeconomiam penitissime perspectam habuerit, pervenire; atque paucas hic solum Orthographiae Regulas pro initiantibus proponi posse.

Quae Regulae Orthographiae in genere observandae?

1) Sunt de *Litteris*, earumque mutatione. 2) de *abbreviatione*, et *divisione* vocum 3) de *vocabulis* quibusdam, quae perperam vulgo scribuntur. 4) de notis *Interpunctionum*.

Ubi Litterarum figurae maiusculae scribi solent?

1) In principiis sententiarum, et versuum, uti etiam litterae initiales post punctum. 2) In Nominibus propriis, et quae inde deducuntur; e. g. *Homerus Homericus*, *Roma*, *Romanus*. *etc.* 3) In Nominibus Festorum, Scientiarum, Dignitatum, Officiorum, et omnium eorum, quae singulare, et notabile quid significant; e. g. *Pascha*, *Geographia*, *Rex*, *Dux*, *Aprilis* etc. 4) In titulis, et pronominibus honoris caussa, e. g. *Te Vir Illustrissime!* nonnullis placet similia meris maiusculis litteris exscribere; ut: TE VIR ILLUSTRISSIME!

Quae regulae in minusculis litteris observandae?

1. Cavendae formae litterarum a Typothetis sine necessitate inventae, qualis est j pro i; scribendum ergo, *adiicere*, non *adjicere*. 2) In Dipthongis *ae*, vel *oe* ordinariae separatim ponun-

nuntur vocales, rarius contrahuntur. 3) Litteram *v* ab initio, *u* in medio, et fine litterarum solent aliqui ponere; et scribere *vt* pro *ut*, *iuuo*, pro iuvo, *vua*: pro uva; alii ita scribunt, prout pronunciant, v. c. *uva*, *iuvo*, quae ratio scribendi lectionem vocabulorum latinorum faciliorem reddit, et puerorum captui accommodatior est. 4) Litterae *y*, *ch*, *th*, *ph*- Graecorum propriae, adeóque nonnisi in vocabulis origine Graecis adhibendae sunt; male ergo scribitur *author*, *tiro*, *charus*; ob euphoniam tamen *ch* admittunt *pulcher*, et *inchoo*, quae et Cicero probat. 5) Ubicunque non repugnat Euphonia, in compositione retinenda est consonans ultima praepositionis, sic *adfero*, *adgredior* etc. recte: *adcipio*, *conlega*, *conmea* adfectationem redolent: suum cuique pulchrum.

Quid de abbreviatione vocum?

A vocibus abbreviandis maxime in minuscula scriptura; quantum fieri potest, abstinendum e. g. *Dna nra*, pro Domina nostra; talis scribendi ratio aenigma est lectoribus, et saepe numero post elapsum aliquod temporis intervallum ipsis etiam Scribis. Neque tamen reiiciendae sunt abbreviationes praenominum Romanorum, quae et veteres vix unquam, nisi vel una littera vel binis, vel pluribus scribere solebant. Sic una littera exprimuntur: A. *Aulus*, C. *Caius*, D. *Decimus*, L. *Lucius*, M. *Marcus*, M. *Manius*, P. *Publicus*, Q *Quintus*, T. *Titus*, duabus: *Cn.* *Cnaeus*, vel *Cneius*. Sp. *Spurius*; etc. tribus: Ser. *Servius*, Sex. *Sextus*, Tib. vel Ti. *Tiberius*. Occurrunt etiam aliae in veteribus Classicis abbreviatae voces: e. g. A. U. C. idest *Anno Urbis conditae*. *Cos.* *Consul, Consulem* etc. *Coss.* *Consules*, *Consulibus*, C. D. *Consul designatus*. D. *Didus*, D. O. M. *Deo optimo max.* D. D. *dono dedit*. D. D. D: *dat*, *di-*

dicat, dedicat, vel *dono dicat, dedicat.* D. M. *Diis Manibus.* F. F. F. *Felix, faustum, fortunatum.* S. P. Q. R. *Senatus Populusque Romanus.* I. O. M. *Jovi optimo maximo.* H. S. *Sestertius, vel Sestertium* etc. *Id Idus.* Kal. *Kalendae,* Non. *Nonae.* P. *Posuit.* S. V. B. E. E. V. id est. *Si vales, bene est, ego valeo, etc.*

In recentiorum Scriptis occurrunt:

A. M. id est: *Anno Mundi,* A. C. *Anno Christi.* A. R. S. *Anno reparatae salutis.* C. M. *Caesarea Maiestas.* N. T. *Novum testamentum.* V. T. *Vetus testamentum.* H. L. Q. C. idest *hora, locoque consveto,* et quae sunt huius generis, alia ex usu discenda.

Quae Regulae in recta Syllabarum divisione observandae?

1) Consonans una inter duas vocales semper coniungitur cum sequente; ut: Ci-ce-ro, Da-nu-bi-us.

2) Quando Consonans duplicatur, una cum antecedente, altera cum sequente vocali iungitur; e. g. an nus, flam-ma.

3) Consonantes, quae ad initium vocis alicuius coniunguntur, sunt etiam in vocis medio coniungendae; ut in tabella adiecta est videre.

Bd.	Quia dici potest	Bdelium	divide	ergo	a-bdo-men.
Cl		Clivus	—	—	Co-cles.
Cn.		Cneius	—	—	Te-chna.
Ct.		Ctesiphon	—	—	do-ctus.
Gn.		Gnarus	—	—	i-gnis.
Mn.		Mnemosynon	—	—	o-mnis.
Pht.		Phthisis	—	—	na phta.
Ps.		Psittacus	—	—	scri-psi.
Pt.		Ptolomaeus	—	—	a-ptus.
Sc.		Scamnum	—	—	di-sco.
Sm.		Smaragdus	—	—	Co-smus.
Sp.		Spes	—	—	a-sper.
Sq.		Squamma	—	—	te squa.
St.		Sto	—	—	pa-stor.
Tl.		Tlepolemus	—	—	A-tlas.

4)

4) Excipiuntur ab his compositae voces, quas Quinctilianus ita dividendas esse monet: *quemadmodum id patitur earum origo, et compositio: v. g. prod-eo, ab-igo, ad-eo, dis-curro, sus-cipio, sus-tineo, pen-insula, et-iam, neg-otium, pros-odia, pot-est* etc.

Nota. Alii, inprimis Batavi hanc legem sibi imponi nolunt, sed scribunt, prout pronunciant: v. g. a-bigo, po-test, e-tiam, cap-tus, Magis-ter; priorem tamen dividendi rationem plerique hodie sequuntur.

Admonitio. In vocalibus, quae vulgo perperam scribi putantur, recensendis, *Christophorus Caelarius in Orthographia sua Latina, Ioannes Gerh. Scheller in praecept. Stil. bene lat.* et complures alii prolixos texunt indices, et 1) Vocabulorum nonnullorum rectam scribendi rationem firmant lege Etymologiae: e. g. ancora, non *anchora*, auctor, non *author*, vel *autor*, museum, non *musaeum*, scena, non *scaena*, torus, non *thorus etc.* 2) nonnulla adducunt, quae certa quidem Etymologia non nituntur; magna tamen verisimilitudine se commendant: e. g. Heres rectius eis videtur, quam *haeres*; quod heres fiat herus; infitiari rectius, quam *inficiari*, quod videatur a *fateri* ortum esse: 3) In quibusdam incertum plane est, quomodo scribendum sit, quia origo eorum latet: e. g. *caerimonia, caeremonia, ceremonia, causa, caussa, caecus, coecus, caelebs, coelebs; littera, litera; saeculum, seculum* etc. 4) In aliquibus denique duplicem scripturam admittunt, e. g. *quotidie, et cotidie, cocus, et coquus, locutus, et loquutus, tricesimus, et trigesimus, vicesimus, et vigesimus* etc. Quia vero de vocabulorum huiusmodi scribendi ratione, nec inter ipsos adhuc convenit eruditos; nec praeterea magni refert, utrum adolescens hoc, an alio modo scribat vocabula, dummodo plurium exemplum sequatur, ad criticos philologos ista potius, quam ad elementorum linquae Latinae studiosos pertinent; maiore cura eavendum id: ne, in quo complures errare experientia docet, omne vocabulum, quod a Syllaba *pre* incipit, per Diphthongum *ae* perperam scribatur, simplici enim et sequenti expressa versu scribenda.

Prae-

Prela, prehendo, precor, pretiumque, premoque,
precesque.
Dant tibi simplex e, diphtongum cetera poscunt.

Quae notae praecipuae Interpunctionum apud Latinos?

1) *Comma* (,) hoc adhibetur, quando articulos sententiarum, aut enumerata, aut periodi partes ad unum nomen, aut verbum relatas discernimus, ut: *Divitiae, decus, et gloria in oculis sita sunt.* Nihil est virtute *formosius*, nihil *pulchrius*, nihil *amabilius.* Cic.

2) *Semicolon, Comma* cum puncto, vulgo *media nota* (;) Hoc signo utendum in seiunctis, contrariis, varia partitione, iisque omnibus, quae commatis, et coli quasi media videntur, ut in membris periodicis. e. g. Hominum duo sunt genera; alterum indoctum, et agreste, quod anteferat semper utilitatem *honestati;* alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponat. *Cic.* Si contentio quaedam, et comparatio *fiat*, quibus plurimum tribuendum sit *officii:* Principes sunt Patria, et Parentes; quorum beneficiis maxime obligati sunt. *Cic.*

3) *Duo puncta, Colon* (:) adhibetur 1) quando verba alterius adducuntur e. g. Pisistrato e Solone quaerenti, qua tandem spe fretus, sibi tam audacter obsisteret, *respondit:* senectute. Cic 2) quando structura quidem verborum perfecta est, sententia autem adhuc pendet, ut, cum vel redditiones, vel similia, vel contraria etc. expectantur; paucis: in Periodis protasis, et apodosis duobus punctis secernuntur e. g. Ut hominis decus est *ingenium:* sic ingenii lumen est eloquentia. *Cic.*

4)

4) *Punctum.* (.) ponitur in fine periodi, seu cuiuscunque sententiae integre completae; e. g. In hoc certe fallimur, quod mortem *prospicimus.* Magna pars eius iam *praeteriit*, Quidquid aetatis ultro est, mors tenet. *Sen.*

5) *Signum Interrogationis* (?) hoc utimur in interrogationibus veri nominis; e. g. quis est tam vecors, qui cum suspexerit in coelum Deum esse *non sentiat?* Cic.

Nota. Si interrogatio imperfecta sit, aut si referatur solum interrogationem factam esse, comma ponitur. e. g. Solon cum interrogaretur, *cur* nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit, se id neminem facturum putasse. *Cic.*

6) *Signum Exclamationis* (!) hoc signo utimur non tantum in exclamationibus, sed et in admirationibus, votis, et similibus formulis, e. g. *O tempora! o mores!* Cic. *O superbiam inauditam* in facinore gloriari! Idem.

Nota Male nonnulli singulis *Vocativis* signum exclamationis adiungunt; Comma sufficit: e. g. Qui fit *Maecenas*, ut nemo, quam sibi sortem seu ratio dederit, seu sors obiecerit, illa contentus vivat? *Hor.*

7) *Parentesis* () vel |: :| hoc signo utimur, quando declarandi caussa aliquid inseritur, sine quo sensus sententiae perfectus esse posset; e. g. In reservanda gratia (si modo Hesiodo credimus) debemus imitari agros fertiles, qui plus modo adferunt, quam acceperunt. *Cic.*

8) *Asteriscus* (*) vocabulum vel sententiam e contextu sermonis dilucidat. Pro signo hoc litterae alphabeti etiam usui sunt.

9)

9) *Apostrophus* (') finalem litteram, aut syllaba suppressam esse indicat: e. g. *nostin', viden', audin'*: pro *nostine, videsne?*

10) *Diaerèsis* (. .) seu *duo puncta*, ad tonum distinguendum duarum vocalium in diphthongum coalescentium; e. g. *Poëma*, *Poëta*, *Phaëton aër*. Signum tamen hoc exolescit.

11) *Signum divisionis* (- „ —) in margine dextro adhibere solitum, ad significandum, syllabas, aut litteras sequentes ad priores referri.

Nota Signo hoc —, quod etiam *Hyphen* appellatur, nonnulla interdum composita notantur, e. g. *Romano—Germanicum*.

12) *Signum Citationis* („—„) praefigitur et subditur inserto, aliunde petito sermoni.

13) *Signum Contractionis* (Λ) adhibetur in contractione syllabarum et litterarum; ut *Deum*, pro *Deorum*.

14) *Signum Correptionis* (˘) quo indicatur syllaba brevis, ut: lĕgĕrĕ.

15) *Signum Productionis* (—) quo significatur syllaba in pronuntiando producenda esse; ut: docēre.

16) *Signum ancipitis syllabae* (⏓ *vel* ⏑̄) ut ăb. Postrema haec tria signa in Prosodia occurrunt.

17) *Paragraphus* (§) signum hoc orationis interstitiis praefigitur.

18) *Pausae Signum* (- - - -) est vel abrupti sermonis, vel affectus vehementioris index.

Quis

Quis usus harum Interpunctionum?

1) Ut orationem reddant perspicuam tam legenti, vel pronuntianti, quam audienti. 2) Ut inter legendum, vel pronuntiandum dent copiam spiritus reficiendi, ne continuatione deficiat.

Admonitio. Magister dabit operam, ut discipuli signa haec interpunctionum tam in legendis Auctoribus, quam in referendis pensis, et thematibus adcurate exprimere discant, quo sic tono naturali mature assvefiant: experientia enim docet, errores eiusmodi postquam invaluerint, vix, ac ne vix quidem emendari posse: quapropter crebro in lectione exercendi.

SECTIO III.

DE ETYMOLOGIA.

PROLEGOMENA

DE ETIMOLOGIA, PARTIBUS, ET ACCIDENTIBUS ORATIONIS IN GENERE.

Quid Etymologia?

Est pars Grammaticae, quae singularum vocum, seu *partium Orationis* naturam, originem et variationem docet.

Unde fit Oratio Grammatica?

Fit ex dictionibus, ut: *aleas fuge, mortem meditare; Dictio* fit ex Syllabis, ut: *aleas*; interdum fit ex una Syllaba, ut: *mors; Syllaba* denique ex Litteris.

Quot

Quot sunt partes orationis Grammaticae?

Octo: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Praepositio, Adverbium, Interiectio, Coniunctio.

Harum quatuor: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium declinantur: reliquae: Praepositio, Adverbium, Interiectio, Coniunctio declinationis sunt expertes: In sequenti exemplo omnes octo orationis partes continentur.

Interiectio.	*Pronom.*	*Particip.*	*Coniunct.*	*Adverb.*
Vae	tibi,	ridenti,	quia	mox.
Praepositio.	*Nomen.*	*Verbum.*		
post	gaudia	flebis.		

Nota. Latini contra, quam e. g. Graeci, aut Germani; apud quos articulus partem orationis efficit, in universum carent articulis: etsi ergo Latinum sermonem docentes; interdum utantur in declinando, et generibus nominum notandis, pronomine *hic*, *haec*, *hoc*, non tamen articulum tradunt, quo in loquendo, nos uti oporteat; sed tantum notam qualemcunque generum, et casuum inde mutuantur.

Quae sunt Accidentia, sive Attributa octo Partium orationis.

Sunt quaedam, quae enumeratas octo orationis partes comitantur: ut *Species*, *Figura*, *Analogia*, *Anomalia*, *Numerus*, *Casus*, *Genus*, *Declinatio*, *Coniugatio*, *Modus*, *Tempus*, *Persona*.

Quotuplicia sunt Accidentia partium orationis?

Triplicia; 1) alia sunt generalia, quae omnibus aut saltem plerisque partibus orationis conveniunt, ut: *Species*, et *Figura* 2) Alia sunt specialiora, quae tantum declinabilibus orationis partibus conveniunt; ut: *Analogia*, *Anomalia*, *Nu-*

Numerus, et *Persona.* 3) denique alia sunt specialissima, quae certis tantum orationis partibus tribuuntur, ut: *Genus* Masculinum, Faemininum etc. Nomini, et propter cognationem Pronomini et Participio; *Genus* item Activum, Passivum etc. (aliis *Vox*) Verbo, et quatenus cum eo convenit, Participio, *Declinatio* et *Casus* Nomini, Pronomini, et Participio: *Modus* Verbo: *Coniugatio* et *Tempus* Verbo, et Participio.

Quid, et quot sunt species Vocum?

Species est, qua disquiritur, prima ne sit vox aliqua, an aliunde deducta; sunt vero duae species: 1) *Primitiva*, quum vox a nulla alia descendit; ut: *Bonus*, *tu*, *clamo*, *saepe etc.* et *Derivata*, quum vox aliunde originem trahit; ut: *Bonitas*, *tuus*, *clamito*, *saepiuscule.*

Quid, et quot sunt Figurae vocum?

Figura est, qua disquiritur, utrum vox sit simplex, an composita; unde duae sunt Figurae vocum: 1) *Simplex*, quum vox in partes significantes *) ejusdem originis dividi nequit, e. g. *Doctus*, *ego*, *lego*, *legens*, *raro, abs, nam:* et 2) *Composita*; quum vox in partes significantes eiusdem originis dividi potest: e. g. *Indoctus, egomet, perlego, perraro, absque, namque.*

*) *Muscatum* habet quidem plures partes significantes, ut: *mus*, *musca*, *catum*, *tum*, sed non eiusdem originis; ergo non est vox composita, sed simplex.

Quid Analogia?

Est vocis cum communi regula convenientia, seu, ut Gelius L. 2. D. 25. definivit; *Analogia* dicitur, quum similia ex similibus iudicantur; e. g. ut *condicio rectius* scribitur conditio, ita *auditio*, non *audicio*, a *divitis* fit *di*-

vi-

vitiae, non *diviciae*, ita a *sapientis*, *prudentis*; *sapientia*, *prudentia*: ut ab *audacis*, *audacia*, ita a *ferocis*, *ferocia* etc. Cedit tamen Analogia usui; neque enim omnia Analogiam servant in latina Lingua: Sic analogice dicendum esset, *Iupiter*, *Iupitris*; sicut *Pater*, *Patris*, sed usus recepit, *Iupiter*, *Iovis*.

Quid est Anomalia?

Est vocis a communi Regula discrepantia, unde et *irregularitas*, *inaequalitas* dicitur; e. g. N. S. *Coelum*, Pl. *coeli*, non *coela*; *facio*, Pass. *fio*, non *facior* etc.

Quid est Numerus?

Est in voce unius a multis discretio, et contra.

Quot sunt Numeri?

Duo: *Singularis*, qui est unius significationis, ut *Magister*, *ego lego*: *et Pluralis*, qui plurium, ut: *Magistri*, *nos legimus*.

Nota *) Quaedam Nomina sunt Singularia Positione, sed Pluralia intellectu, ut *Collectiva*; v. g. *Caetus*, *exercitus*: *agmen* etc.

Quaedam vero sunt Pluralia positione, sed Singularia intellectu; e. g. *Athenae*, *Thebae*, *Philippi*, *nuptiae*, *arma*, etc.

Nota 2) Disputant hic aliqui subtiliter, Propria Nomina carere Plurali Numero, quia fere Proprium Nomen illud est, quod non significat plures, ideoque piaculum ducunt, permittere puero, per Pluralem Numerum declinare: *Cicero*, *Fabius*, *Aiax*, etc. Sic et *Deus*, quia unus est; *Mundus sol*, *luna etc*, Sed quid faciat puer? quando leget; non omnes *Fabios*, abstulit una dies. Ambo *Aiaces*. Deus *Deorum* locutus est. *Dii* vos estis. Epicurus plures *Mundos* statuit. Tres *Soles* visi. Tres *Lunae* visae. Certe in his et similibus Pluralis concedendus est, aut istorum rigore, ista sunt expungenda, quod nemo probabit.

Quid

Quid, et quot sunt Personae?

Persona est rei significatae sub ordine demonstratio, quae fit ex Linguis vernaculis per voces: *Én, te, ö, mi, ti, ök.* Ich, du, er, wir, ihr, sie, Ga, ty, on, my, wy, oni. Sunt vero Personae tres: *Prima*, quae vocem de se ipsa effert; ut: *ego, nos, lego, legimus. Ego Iosephus* mea manu Scribo. *Secunda*, ad quam vox dirigitur; ut: *Tu, vos, legis, legitis. Tu Petre* me *sequere. Tertia*, de qua vox effertur; ut: *ille, illi, legit, legunt. Magister docet* discipulos.

Nota. Omnia Nomina et participia per se, et extra Constructionem considerata sunt *indiscretae Personae*, praeter quam in Vocativo, ubi sunt *Secundae*. In Constructione vero, quamcumque Personam induere possunt.

De iis Accidentibus, quae certis tantum orationis partibus tribuuntur, ut: *Genere, Declinatione, Casu, Modo, Coniugatione, Tempore*, suo loco agetur.

CAPUT I.

DE NOMINE.

Quid est Nomen?

Est pars orationis, quae rem aliquam, aut eius proprietatem significat; et casus habet, neque tempora admittit, ut: *Mensa, Dominus; bonus, albus, niger.*

Quotuplex est Nomen?

Duplex: substantivum, et adiectivum.

§. I.

§. I.

DE NOMINE SUBSTANTIVO ET ADIECTIVO IN GENERE.

Quid est Nomen Substantivum?

Substantivum Nomen est, quod per se in Oratione esse potest; ut *Dux imperat, miles obtemperat.*

Quid Nomen Adiectivum?

Adiectivum est, quod in Oratione esse non potest sine Substantivo, cuius proprietatem designat, aperte, vel occulte. Aperte ut: *Dux prudens, si strenuos milites habeat; facile hostem superabit.* Occulte ut: *Qui tertiana laborat, non vescatur bubula,* hoc est: tertiana febri, bubula carne.

Nota. Substantivum itaque est, quod verbo iunctum perfectum sensum facit, ut: Homo ridet, Equus currit. Contra est in Adiectivo, nec enim plenus sensus est, *Bonus ridet*, nisi *homo*, vel aliud intelligatur.

Quotuplex est Nomen Substantivum?

Duplex: 1) Proprium. 2) Appellativum.

Quid est Nomen Proprium?

Nomen Proprium est, quod uni rei singillatim datum est; ut: *Iosephus, Buda, Danubius,*

Nota. Nomen Proprium illud est, quod principio ad unam singularem personam, vel locum significandum adhibitum fuit.: et quamvis postmodum idem pluribus attributum fuerit, quia initio unius solius fuit, Proprium esse non desinit, ut: Vienna, Gallia, Austria, Antonius, etc.

Propria Personarum: Cicero, Caesar, Pompeius, Lentulus, Cato, Scipio, Plato, Pierides, etc. *Fluviorum:* Danubius, Rhenus, Tyberis, Vagus, etc. *Montium:* Aetna, Athos, Vesuvius, Olympus, etc. *Urbium:* Roma, Graecium, Praga, Parisii.

Quid Appellativum?

Appellativum est, quod multis commune est, ob communem naturam; e. g. *homo, Urbs, flumen.*

Nota 1) Sortiuntur et alias appellationes certa, quaedam Nomina Substantiva; alia enim dicuntur:

1. *Collectiva*, quae numero singulari significant multitudinem, e. g. *Gens, turba, populus, exercitus, acies, cohors, turma, centuria, decuria, multitudo, copia, grex, cumulus, coetus, manus, ecclesia, schola, civitas; etc.*

2) *Patronymica*, quae a nominibus, patrum, vel matrum, aut maiorum quorumcunque derivata, filium, aut filiam, nepotem, aut neptem etc. significant; e. g. *Priamides*, filius Priami; *Iliades*, filius Iliae; *Pelides*, filius Pelei; *Perseis*, filia Persei *

* Terminationes Patronymicorum plerumque sunt quinque: in *des*, nonnunquam *ion* Masculinorum; in *as, is*, et *ne* Faemininorum; e. g. *Phylirides*; i. e. Chiron, a Phylira matre; *Japerion*, i. e. Japeri filius, *Priameis*, i. e. Priami filia, *Atlantius*, Atlantis filia, vel neptis. *Nerine*, *Adrastine*, i. e. Nerei, Adrasti filia. De modo formandi Patronymica, agitur in *Instit. Poet.*

3) *Diminutiva* (aliis *Deminutiva*) quae significationem sui Primitivi imminuunt, quorum variae sunt terminationes, usu et lectione potissimum discendae, ut a) in *cio*, e. g. homo, *homuncio*; senex, *senecio*, b) in *sio*, e. g. puer, *pusio*, ab antiquo pusis c) in *aster* a quibusdam in *dus, ius, lus, tus*, e. g. surdus, *surdaster*, pullus, *pullaster*, calvus, *calvaster*. Significant fere imitationem cum diminutione d) in *ellus, a, um*, a *rus, a, um* praecedente consona; e. g. fenestra, *fenestella*; cerebrum, *cerebellum*; flabrum, *flabellum*, flagrum, *flagellum*; capra *capella* (praeter serra, *serrula*,) Et ab *inus*, vel

a,

a, *um*, e. g. asinus, *asellus*, pagina, *pagella*, fiscina, *fiscella*; sic ab ocululus, *ocellus*; a catena, *catella*; item ab *er* secundae, e. g. liber, *libellus*; culter *cultellus*, puer *puellus*; e) in *illus*, a *nus*, *a*, *um*, praecedente g; e. g. pugnus, *pugillus*; signum, *sigillum*; tignum, *tigillum*; huc retenta baculus, *bacillus*, a speculum, *specillum*; f) in *xillus*, a *lus*, *a*, *um* praecedente longa e. g. a palus, i, *paxillus*, ala, *axilla*, mala, *maxilla*; sic velum, *vexillum*, g) in *olus*, a puris in *us*, *a*, *um*; e. g. filius. *filiolus*; bractea; *bracteola*; tugurium, *tuguriolum*. h) in *ulus*; *ab us*, secundus *a*, *um*; e. g. columbus *columbulus*, ramus, *ramulus*; catena, *catenula*: verbum, *verbulum*; sic à caput, *capitulum*, a res *regulus*; ab homo, *homulus*. i) in *culus*; e. g. rete, *reticulum*; animal, *animalculum*. Sic quaedam ab *er*, *or*, *as*, et *us*, tertiae; e. g. *anserculus*, *fraterculus*, *corculum*, *vasculum*, *musculus*, *lepusculus*, *corpusculum*, *rumusculus*, *arbuscula*. Sic ab *es*, *is*, *rs*: e. g. *urbecula*, *craticula*, *cuticula*, *apicula*, *igniculus*, *particula*. k) in *ulus*, et *illus* simul a quibusdam in *inus*, *a*, *um*; e. g. a catinus, *catinullus*, et *catillus*; a pulvillus, *pulvinulus*, et *pulvillus*; l) in *unculus* a desinentibus in o; e. g. sipho, *siphunculus*; carbo, *carbunculus*; homo, *homunculus*. m) Peculiaria sunt: bonus, *bellus*; clavus, *clavulus et claviculus*; lagena, *laguncula*; columna, *columella*; corona, *corolla*; epistola, *epistolium*; scamnum, *scabellum* et *scamillum*: aetas, *aetatula*; anguis, *anguilla*; pulvis: *pulvisculus*; adolescens, *adolescentulus*; flos, *flosculus*; *os*, oris, *osculum*; os, ossis, *ossiculum*; etc. n) Sunt et Diminutivorum Diminutiva. e. g. Masculina, ut: canis, *catullus*, *catellus*; locus, *loculus*, *locellus*, porcus, *porculus*, *porcellus*; vertex, *verticulus*, *verticullus*; *verticillus*; codex. *coducilus*, *codicillus*, etc. Faeminina; ut: nux, *nucula*, *nucella*; offa, *offula*, *offella*; cista, *cistula*, *cistella*; sporta. *sportula*, *sportella*; furca, *furcula*, *furcella*; etc. Neutra; ut: caput, *capitulum*, *capitellum*; os, *osculum*, *oscillum*.

4) *Verbalia*, e. g. *lectio*, *lector*, a Supino *lectum*, de quibus infra.

Nota a) Tam Nomina Substantiva, quam Adiectiva sunt *Mobilia*, vel *immobilia*: illa pro diverso sexu terminationem variant, e. g. *hic rex*. *haec regina*; *hic doctus*, *haec docta*, *hoc doctum*, haec vero ter-

minationem pro diversitate sexus non variant, e. g. *h. homo*; *haec verbera*: *hic auriga*; *hic, haec, hoc felix*.

Nota. 3) Substantiva Mobilia Masculina pro indole sua terminationes habent varias; e. g. in Declinatione prima *ta*, vel *tes*; ut *Poeta*, *Crotoniates*; in Secunda *er*, *ir*, vel *us*, ut: *arbiter*, *vir*, *amicus*; in Tertia *o* Latinum, ut: *leno*, *o*, vel *on* Graecum; ut: *Draco*, *Lacon*, *cen*, ut: *fidicen*; *tor*, ut *victor*; *es* ut: *cres*, *hospes*; *os* Latinum; ut: *Nepos*; *os* Graecum ut: *Tros*; *bs*, vel *bys*, ut: *Libs*, *Libys*; *ps*, ut *Aethiops*; *x*, ut: *Thrax*, *Rex*, *Phoenix*, *Phryx*. Quarta autem et quinta Declinatio Mobilia non habet. Faeminina autem, si Latina sunt, plerumque terminationem Masculini in *a* mutant, ut:

Tullius.	*Tullia.*
Dominus.	*Domina.*
Servus.	*Serva.*
Coquus.	*Coqua.*
Cervus.	*Cerva.*
Filius	*Filia.*

Excipiuntur a) Verbalia in *tor*, quae Faeminina in *trix* formant, ut:

Victor.	*Victrix.*
Auctor.	*Auctrix.*
Nutritor.	*Nutrix.* (Syncopeo pro Nutritrix.)

Sic horum imitatione: *expulsor*, *expultrix*.

b) Comparativa a *cano* in *cen*, quae faciunt *cina*, ut:

Hic Fidicen,	*haec Fidicena.*
Tubicen,	*Tubicina.*
Tibicen,	*Tibicina.*
Sic et *Flamen*,	*Flamina.*

c) Peculiarem quandam rationem habent; ut:

Avus,	*Avia.*
Nepos,	*Neptis.*
Socer,	*Socrus.*
Vir,	*Virago* et *Vira* apud *Festum.*
Gallus,	*Gallina.*
Leo,	*Leaena* et *Lea.*

d)

d) Quae vero manifeste Graeca sunt, aut alias peregrina, a Graecis tamen Latinis tradita, Graecorum etiam formam retinent; et quidem Masculina in *o*, vel *on*, Graecis in *ων* formant Faeminina in *aena*. v. g.

Draco,	*Dracaena.*
Lace, vel Lacon,	*Lacaena.*
Praeter Python,	*Pythonissa.*

Finita vero Graecis in *της*, in *tes*, vel *ta*. Faeminina formant vel in *tis*, vel in *tria*. e. g.

In *tis*, praecipue Gentilia:

Spartiata,	*Spartiatis.*
Crotoniata,	*Crotoniatis.*
Sybarita,	*Sybaritis.*
Scytha, vel *Scythes*,	*Scythis.*

In *tria* vero, si artium vel officiorum administrationem significant; e. g.

Poeta.	*Poetria.*
Psaltes.	*Psaltria.*

Quaedam tamen etiam *is*, et *issa* admittunt, ut: *Propheta*, *Prophetria*, *Prophetis*, *Prophetissa.*

e) Gentilia aliarum terminationum ex auctoritate sunt petenda, et ex similibus similia indicanda; e. g.

Cres,	*Cressa.*		
Thrax,	*Thrassa*,	*Thressa*,	*Threissa.*
Tros,	*Troas*,	*Troias.*	
Phoenix,	*Phoenissa.*		
Aethiops,	*Aethiopissa.*		
Libys, vel	*Libs*,	*Libyssa*,	*Libystis.*
Phryx,	*Phrygia.*		

Quam varia occurrunt Nominum Adiectivorum genera?

Praeter Adiectiva *Primitiva*, ut: *bonus*, *Derivata*; ut: *paternus*, *Simplicia*; ut: *doctus*; *Composita*, ut: *indoctus*; *Diminutiva*; ut: *parvulus*, *a*, *um*; *tenellus*, *a*, *um* etc. varia adhuc Grammatici recensent Adiectivorum genera; et quidem:

1) In-

1) *Interrogativum Nomen* est, quo de re aliqua quaerimus; ut: *Quis? uter? quantus?*

2) *Interrogativum Substantiae* est, cui respondemus per Nomen Substantivum, vel Pronomen Demonstrativum, ut: quis, vel qui, quae, quod; Uter, utra, utrum. *Quis his loquitur? Davus ille.*

3) *Interrogativum accidentis* est, cui respondemus per Nomen Adiectivum, ut: *Quantus? qualis? quot? quotus?* Cuius, *cuja*, *cuium? Cuias?* sic *Qualis fuit Hector? fortis, magnanimus.*

4) *Relativum* est, quod Nomen Antecedens in memoriam reducit. Id duplex est, Substantiae, et Accidentis.

5) *Relativum substantiae* est, quod Nomen Substantivum in memoriam reducit, ut: qui, quae, quod. *Legi Ciceronem, qui fuit eloquentissimus Romanorum.*

6) *Relativum Accidentis* est, quod in memoriam reducit Nomen Adiectivum, ut: *Quantus, qualis, quot. Cicero fuit eloquens, qualis fuit Hortensius.*

7) *Redditiva* sunt: *Tantus, talis, tot, totidem,* quae Relativis *quantus, qualis, quot,* ante vel post ponuntur, ut: *Quales in Republica Principes sunt, tales reliqui solent esse Cives. Cura, ut talis sis, qualis, haberi cupis. Quot homines, tot sententiae. Totidem ad te literas dedi, quot tu ad me misisti.*

8) Quis, vel qui, quae, quod; uter, utra, utrum; quantus, qualis, et cetera Interrogativa, quando ponuntur post verba: Audio, video, scio, intelligo, nescio, et alia eiusdem significationis appellantur *Infinita*, ut: *Nescio quis sis. Audio, quid dicas. Nescio, quantus, aut qualis sis.*

9)

9) ***Possessiva*** sunt Adiectiva, quae Possessionem, aut Proprietatem aliquam significant; e. g. ***Evandrius*** ensis; officium ***paternum***, ***vernus*** aer; ***herilis*** filius; ***Cygnea*** cantio.

Nota. 1) Possessiva haec exponuntur per Genitivum Primitivi sui, pro quo eleganter usurpantur; ut: *Evandrius* ensis; i. e. *Evandri*; Officium *paternum*, i. e *patris*; Aer *vernus*, i. e. *veris*, seu qualis vere esse solet, *herilis* filius, i e. *heri*; *Cygnea* cantio, i. e. *Cygni*. etc.

Nota 2) Variae sunt *Possessivorum Adiectivorum* terminationes; a) in *aris*, e. g. *Apollinaris*, *Pupillaris*; b) in *bris*, e. g. *muliebris*, *funebris*. c) in *eus* duabus syllabis; v. g. *Herculeus*, *vipereus*, *tartaneus*, *gallinaceus*, d) in *icus*, v. g. *rusticus*, *civicus*, *heroicus*, *aulicus*, *villicus*, *Platonicus*. e) in *ius*, e. g. ab *Evander*, *Evandrius*, *Martius*, *Stygius*, *patrius*, *regius*, *Aedilitius*, *Tribunitius*. f) in *lis*; e. g *brumalis*, *civilis*, *herilis*, *senilis*. g) in *nus* praecedente *a*, vel *i*, producta, vel *r*; e. g. *Pompeianus*, *montanus*, *humanus*, *columbinus*, *leporinus*, *serpentinus*, *vespertinus*, *matutinus*, *figulinus*, vel per syncopen figlinus; *paternus*, *vernus*, *hibernus*, *nocturnus*, *diurnus*. Singulare est, ab *aper aprugnus et aprinus*. h) in *vus* e. g. *aestivus*. i) in *ensis*; e. g. *castrensis*, *forensis*, *hortensis*, *pratensis* etc.

10. ***Gentilia***, ***et Patria***, quae gentem, vel rationem, aut patriam indicant; e. g. ***Italus***, ***Graecus***, ***Romanus***, ***Viennensis***, ***Pragensis***, ***Budensis etc.***

Nota 1) Terminationes Nominibus *Gentilibus* et *Patriis* tam Substantivis, quam Adiectivis communes praecipuae sunt: a) in *er*, ut *Africa*, *Afer*, b) in *as*; e. g. *Arpinum*, *Arpinas*; *Antium*, *Antias*; *Privernum*, *Privernas*; c) in *ensis*, e. g. *Cretensis*, *Atheniensis*, *Carthaginensis*, etc. d) in *ivus*, e. g. ab *Argos*, *Argivus*; *Achaia*, *Achivus*. e) in *cus*, e. g *Graecus*, *Atticus*, *Libicus*, *Hetruscus*, *Arabicus*, f.) in *iacus*; e. g. ab *Ilium*, *Iliacus*, *Corinthiacus*, *Syriacus*. g) in *ius*; e. g. *Aegyptius*, *Syrius*, *Rhodius*, *Cyprius*, *Milesius* a *Miletus*. h) in *aeus*; e. g. Iu-

Iudeus, *Coregraeus*, *Sabbaeus*, *Dietaeus*, *Mitylinaeus*. i) in *ous*; e. g. *Cos*, *Cous*; *Argos*, *argous*; *Lesbos*, *Lesbous*. k) in *nus* praecedente *a*, *e*, vel *i* producta e. g. *Romanus*, *Germanus*, *Gaditanus*, *Pergamenus*, *Praenestinus*, *Latinus*. Huc referri etiam possunt: *Esquiliae*, *Esquilinus*; *Palatium*; *Palatinus*; *Alpinus*, *montanus*, *urbanus*, *oppidanus* et similia localia. l) in *lus*: e. g. Italus, *Siculus*. m) in *rus*, e. g. a *Syria*, *Syrus*; a *Styria*, *Styrus*. n) in *ns*; e. g. *Laurentum*, *Laurens*; *Volsci*, *Volscens*; *Veii*. *Veiens*, etc.

Nota 2) Sunt terminationes nonnullae *Gentilium*, solis Nominibus Substantivis propriae; ut in *a*; e. g. *Turca*, Persa; in *as*; e. g. Arcas: in *ir*, e. g. *Trevir*, aliquis ex urbe Trevirorum; in o, e. g. *Macedo*, *Saxo*, in on, e. g. *Lacon*: haec tamen etiam per *o* efferuntur, ut *Loco* et similia; in *ur*, e. g. *Ligur*: in s praecedente consona, e. g. *Arabs*, *Aethiops*; in *x* e. g. *Thrax*, *Cilix*, *Allobrox*, *Cappadox*.

11) *Partitiva*, quae aut unum ex multis significant, aut multa singillatim:

a) Unum ex multis significant: *Quidam*, *aliquis*, *quispiam*, *ullus*, *nonnullus*, *quivis*, *quilibet*; quae etiam *particularia* vocantur.

b) Quae multa singillatim significant, fere sunt *universalia*; e. g. *omnis*, *cunctus*, *quicunque*, *nemo*, *nullus*.

12) *Numeralia*, quae numerum significant, quorum, ut infra videbitur, variae sunt species.

Admon. Allatae hactenus definitiones, et divisiones Nominum, ea solum caussa exponuntur puerulis, ne eas ignorent in Syntaxi, in qua de Partitivorum, Numeralium, etc. Regimine variae Regulae traduntur. Itaque magnopere cavendum, ne dialecticis subtilitatibus, quaestiunculis captiosis divexentur miselli; an, et quomodo una Nominum species ab alia, Ordinale a Distributivo, Redditivum a Relativo; Gentile a Patrio, etc. distinguantur? Qui scopulus vere discentium utilitati tam infestus non in Elementis duntaxat Linguae Latinae, sed toto Grammatico cursu prudenti Instructori velis, remisque declinandus erit. Certe nimis multa sunt, quae eodem quidem labore, ac tempore, verum longe utilius doceri possunt.

§. II.

§. II.

DE NOMINE SUBSTANTIVO IN SPECIE.

Et quidem:

DE NOMINUM SUBSTANTIVORUM.
I. - - - - GENERIBUS.
II. - - - - NUMERIS.
III. - - - - CASIBUS.
IV. - - - - DECLINATIONIBUS.

Quae sunt proprietates Nominis Substantivi?

Apud Substantivum observandum est. 1) Cuius Generis. 2) Cuius Numeri. 3) Cuius Casus. 4) Cuius Declinationis sit. De singulis Harum Proprietatum Nominis Substantivi Ordine tractabimus; et quidem:

I.

DE GENERIBUS NOMINUM.

Quid est Genus?

Genus apud Grammaticos est discrimen nominis secundum *sexum;* vel, ut alii volunt; secundum *notam*, cuiusmodi *nota* non unica quidem, sed praecipua tamen est, quod recipiat articulum: *hic, haec, hoc;* ut: *hic vir, hic liber, haec faemina, haec mensa, hoc mancipium, hoc scamnum.*

Nota.

Nota. Discrimen hoc generis propter convenientiam *adiectivi* cum *Substantivo* inquiritur; ut adeo propter sola adiectiva, teste *Sanctio*, reperta sint in substantivis genera: nam si adiectiva non essent, aut si omnia unius essent terminationis, ut: *felix*, *par*, *oriens*; nulla esset apud Grammaticos de genere praeceptio Grammaticus enim in Substantivis solummodo quaerit genera, propter adiectivorum terminationes. Cum enim dicimus: *Revereor patrem. Ne laedas hominem. Abige canem*: non refert, cuius sit generis, donec addendum sit adiectivum.

Quot genera occurrunt apud Latinos?

Septem.

I. Genus Masculinum.	Cuius nota solet esse.	*Hic*; ut: hic Dominus.
II. Genus Faemininum.		*Haec*; ut: haec Domina.
III. Genus Neutrum.		*Hoc*; ut: hoc Pecus.

Ex his tribus oriuntur reliqua quatuor:

IV. Genus Epicoenum, vel *promiscuum*; quando sub una voce immobili, unoque genere grammatico uterque sexus intelligitur, ut hic lepus, haec aquilla.

V. Genus Commune, vel *duum*, quod sub eadem terminatione pro diverso sexu modo faemininum, modo masculinum est. e. g. *Civis*, hic Civis. *Polgár*, ein Bürger, Meſſtan; haec Civis, *Polgárné*, eine Bürgerin, Meſſtanka. *Communibus* etiam accensentur, quae sub eadem terminatione pro diverso significatu sine relatione ad sexum varium habent articulum; ut: hic Palus, i; *Karó*, ein Pfahl, Kůl; haec Palus, udis; *Tó*, *Motsár*; ein Pfuhl, Močidlo.

VI.

VI. Genus omne, (rectius genus Commune omnibus) quod sub una terminatione omnes tres articulos recipit; ut: hic, haec, hoc Felix.

VII. Genus dubium, quando, apud auctores reperiuntur nunc masculina, nunc faeminina, nunc neutra, ut: hic, vel hoc Vulgus; hic vel haec Specus, sunt generis dubii.

Quot modis cognoscuntur genera nominum?[a]

Tribus modis: 1mo) *Ex significatione;* 2do) *Ex terminatione.* 3tio) *Ex usu*, et *auctoritate.*

VERSUS MEMORIALES.

EMANUELIS ALVARI.

A)

DE GENERIBUS NOMINUM

QUAE EX SIGNIFICATIONE COGNOSCUNTUR.

MASCULINI GENERIS.

1. Quae maribus solum tribuuntur, mascula sunto.
2. Mascula censentur specie depicta virili,
3. Et quibus appositum tantum tribuisse virile,
4. Credibile est veteres, ut: latro, praesul, et hospes:

1. Huc referuntur Nomina Virorum Propria, ut: *Petrus*, *Paulus*, *Numa*, *Cato*, *Antonius*, *etc.* Uti et appellativa: *Vir*, *pater*, *frater*, *gener.* Et gentilia, ut: *Belga*, *Spartiates*, *Friso*, *Arabs.* Item animalium, ut: *Verres*, *Aries*, *Bucephalus etc.*

Item nomina officiorum, *et functionum Viris propriarum*, ut Scriba, lanista, lixa, nauta, auriga, pincerna, aedilis, praetor, consul, tubicen etc. Huc perti-

pertinent verbalia in or, ut: Pictor, victor, sartor, vietor, etc.

Excipe haec quatuor: *Excubiae, vigiliae, custodiae, et operae*, quae generis faeminini sunt.

2. *Angelorum*, ut: Michael, Gabriel, Raphael, etc. *Daemonum*, ut: Belzebub, Lucifer, Asmodaeus, Baal, etc. *Deorum*, ut: Saturnus, Mars, Iupiter, Pluto, Mercurius, Apollo, etc.

3. Multa sunt Nomina tam Viris, quam Faeminis communia, quae tamen apud veteres Auctores solum cum articulo *hic* leguntur, ut: I. Decl. Accola, incola, alienigena, advena, conviva, homicida, etc. III. Decl. Gygas, eques, vigil, fur, etc. Quare loco: *duae fures*, addes; *duae feminae fures* comprehensae sunt.

FAEMININI GENERIS.

5. Faemineum dices, quod faemina sola reposcit.
6. Iungito faemineis muliebri praedita forma.
7. Quaequae Adiectivum tantum muliebre requirunt.

Ut omnia propria: Agnes, Glycerium, Phronesium, Dido, Amazon. *Appellat.* Mater, soror, matertera, socrus, nurus, etc. *Gentilia*, ut: Lacaena, Cressa, etc. *Function. Mulieb.* ut: Obstetrix, nutrix, lotrix, tibicina.

6. *Sic Deae:* Pallas, Iuno, Ceres, Venus, *Nymphae:* Napaeae, Dryades, Oreades, Syrinx, Salmacis, etc. *Musae:* Clio, Melpomene, Euterpe, Uranie, etc. *Parcae:* Clotho, Lachaesis, Atropos. *Furiae:* Alecto, Tisiphone, Sphinx, Medusa, Sirenes, Gorgones, Lamiae, etc.

7. *Talia, etsi utrique sexui communia, nomina sunt:* Proles, soboles, virgo, bellua, bestia, pecus, udis; etc. et *supra memorata:* Excubiae, copiae, operae, etc. Huc item referri possunt Nomina Epicoena, Vulpes, aquila, felis, etc.

NEUTRIUS GENERIS.

8. Quae Neutro apposito gaudent, neutralia sunto.

Ut: Animal, mancipium, etc.

GENERIS COMMUNIS DUORUM.

9. Est Commune duum, sexum quod claudit utrumque.
10. Articulo gemino: veluti bos, fortis, et hostis,
11. Antistes, iuvenis, vates, patruelis, et infans,
12. Affinis, miles, cum cive, cliente, sacerdos,
13. Et comes, atque canis, sus, dux, auctorque, parensque,
14. Municipi coniux, adolescens, augur adhaerent.

Talia sunt item: Testis, artifex, contubernalis, exul, custos, interpres, haeres, princeps.
Item Adiect. duorum articulorum, ut brevis, fortis, etc.
Et Comparativa in or. *Maior, brevior.*

15. Est Commune trium, generi quod convenit omni.

Ut sunt Adiectiva trium Articulorum; ut: hic, haec hoc felix, audax, nostras, Arpinas, Privernas.

16. Pro maribus pugnant, menses, montes, fluviique.

Menses: Aprilis, Sextilis, October, November. *Fluvii*: Ister, Rhodanus, Metaurus, Arnus, Savus, etc.
Nota. Nomina fluviorum forte figurate masculina sunt, quod subintelligatur fluvius, plerumque autem genus a terminatione sumunt, ut: haec Mosella, Odera, Morava, etc. Haec Albis, Tyberis, Ligeris, Araris. Uti et *Montium*; ut: hic Carpathus, Athos, Olympus; etc. haec Aethna, Ossa, Ida, etc.

17. Insula faeminea, urbs, regio, cum nave poesis.

Insulae: Haec Rhodus, Cyprus, Delus, Parus, Nexus, Pathmos, Chius, Zacynthus, Salamin, Lemnus; etc. *Urbium*: Corinthus, Chalcis, Carthago, Babylon, Ninive, Illiberis, Barcino, Herbipolis, etc. *Excipe* Nomina in *um*: ut: Dirachium, Brundusium, Lugdunum, etc. *In a Plural.* ut: Bactra, Artaxara, etc. *In i. plurale*; ut: Parisii, Veii, Gabii, etc. *Regionum*: Aegyptus, Locris, Phocis, Taesprotis, etc. Excipe Nomina in *um*: ut: Illyricum, Belgium; etc.

Navium: Haec Leopoldus, Draco, Aries, Iosephus, Centaurus, Leo, Tonans etc.

Poesis: Haec Illias, Aeneis, Tyestes, Aiax, Paenulus, Persa, Adelphi, Hecyra, etc.

18. **Faeminea est arbor, foliis oleaster amarus.**

19. **Mas est, hoc acer, atque siler, cum subere robur.**

Arborum: Pinus, cypressus, sambucus, amigdalus, cerasus, morus, malus, pyrus, prunus, abies, etc.

Nota. Hic dumus, rubus, malus, navalis, etc. inter arbores non numerantur.

20. **Um neutris iunges, hominum si propria demas.**

21. **A plurale genus neutrum sibi poscit ubique.**

Ut: Bactra, biblia, pascua, scruta, crepundia, stativa, cunabula, sponsalia, Bucolica.

22. **Nomen in I maribus, si sit plurale, reserva.**

Ut: Liberi, fasti, superi, cancelli, Parisii, etc.

23. **Trade notas neutri; et vocem pro nomine sumtam,**

24. **Et verbum quodvis nuda pro voce repostum.**

Notae, Ut: *o* parvum, *t* tetrum, *r* caninum, etc.

Verbum pro nomine, ut: triste vale, pro *valedictio*. Suum cuique velle est, pro *voluntas*. Tuum vagari displicet, pro *vagatio*. Scire tuum nihil est, pro *scientia*. Dulce est pro patria mori, pro *dulcis mors*.

Verbum pro nuda voce, non vero eius significatione sumptum, ut: Rex est derivativum a rego. Eremus est Graecum. Caesar est dissyllabum. Lux est monosyllabum.

B)

DE GENERIBUS NOMINUM QUAE EX TERMINATIONE COGNOSCUNTUR.

25. **Faemineum A primae est: veluti panthera, sagitta.**

Ut: Ala, aqua, aula, barba, coena, etc.

26.

26. Adria mas aequor, cui iunge cometa, planeta.
27. Hic mammona petit. Pascha hoc, cui iungito Manna,

Hic Adria, nempe mare Venetum, haec Adria, urbs.

28. Nomen in A ternae neutrum est, ceu stigma, toreuma.

Haec omnia fere Graeca sunt, ut: Poema, symptoma, smigma, phlegma, aroma, stigma, peristroma.

E.

29. E latiale petit neutrum; ut: praesepe, monile.

Ut: Sedile, mare, bubile, altare, cubile, mantile, mille. Mille quando substantivum est, tunc in singulari non declinatur; in plurali: millia, millium, etc.

30. Faemineum est Aloe, Rhodopeque, et caetera graeca.

Ut: Musice, Poetice, Rhetorice, Ode, Parasceve, Crambe, Pentecoste, Plastice, etc. Haec I. Declinationis sunt.

Excipe: Cete, tempe, mele, quae numeri pluralis, indeclinabilia, et neutra sunt. Sic dicimus: grandia cete, amoena tempe, cygnea mele.

I. O.

31. I. neutris tribue, O maribus, ceu pugio, gummi.

Ut: Synapi, moly.

Nomina in o, ut: Mucro, titio, scipio, unio, bubo, vespertilio.

32. Est IO faemineum, verbale, aut corporis expers,
33. Cui caro iungatur, coenatio, portio, quodque
34. Desinit in do, go: neutris adscribito pondo.
35. Harpago, cudo, ordo, mas udo, cardo ligoque.

Nomina in io, ut sunt substantiva verbalia: Oratio, doctio, lectio, auditio, dictio, scriptio, accusatio, etc.

Item Verbalibus affinia; ut, Regio, legio, concio, ditio, communio, unctio, seditio, eluvio, unio, etc.

In-

In do: Magnitudo, sollicitudo, amplitudo, *grando*, testudo, poenitudo; etc. *In go*: Imago, albugo, vertigo, vorago, farrago, rubigo, aerugo, sartago.

U. C. D.

36. U, C, D, da neutris; velut id cum lacte, geluque.

Ut: Tonitru, veru, cornu, genu.

L. T.

37. L, T, sit neutrum: hic mugil, sal, solque reposcunt.

In L, ut: Animal, cervical, vectigal, tribunal, minerval, mel, fel, etc.
In T, ut: Caput, occiput, sinciput.

AN. IN. ON.

38. An, In, On mas. Haec sindon, icon, et aëdon.
39. Queis adde alcyonem. Neutris da cuncta secundae.

In An, ut, Paean, Titan, *In In*, ut: Delphin, etc. *In On*, ut Canon, agon, etc.
Neutra secundae; Barbiton, enchiridion, mnemosinon, encomion, Evangelion, etc. quae latine in um terminantur.

EN.

40. En dabitur neutris. Sed hymen, ren, mascula sunto.
41. Et splen, atque lien, atagen, cum pectine lichen.

Sic: Carmen, lumen, solamen, acumen, lenimen, discrimen, legumen, molimen, culmen, cacumen, alumen, etc.

AR.

42. Postulat Ar neutrum: ceu par, cum nectare, bacchar.

Sic: Calcar, exemplar, lupanar.

ER.

43. Er maribus dona. Laver hoc cum tubere poscit;
44. Uber, iter, spinter, laser, cicer, atque papaver,
45. Ver, siser, atque piper, cum verbere necte cadaver.

Sic: Tuber, ager, liber, anser, culter, agger, aer, aether, carcer, aper, cancer.

OR.

46. Or maribus servit. Muliebris demitur arbor.
47. Accedunt neutris cor, ador cumque aequore marmor.

Sic: Amor, dolor, angor, sudor, rumor, liquor, viror, fulgor, splendor, rigor, etc. Uti, et verbalia, victor, raptor, etc.

UR.

48. Exigit Ur neutrum. Hic furfur, cum vulture turtur.

Sic: Iecur, fulgur, murmur, guttur, sulphur, ebur, etc.

AS.

49. Faemineum As, neutrum vas vasis, fasque nefasque.
50. Mascula sunt elephas, adamas, as, atque, tiaras.
51. Cumque vade, ac reliquis, flectit que prima Pelasgum.

Sic: Lampas, olympias, pietas, tempestas, levitas, paupertas. *Graeca primae Declinationis*, Tiaras, Boreas, Caecias, etc.

ES.

52. Esto nomen in Es muliebre, sed esto virile:
53. Limes, pes, fomes, termes, cum palmite trames,
54. Et gurges, merges, poples, cum cespite vepres,

55. Et paries, stipesque meri nomenque diei;
56. His Graecum primae, vel ternae iungito nomen.
57. Hippomanes neutris, Panaces, Cacoëthes adhaerent.

In, es: Clades, sedes, seges, tegos, nubes, compes, labes, compages, merces, strages, res, species, etc. omnia quintae declinationis, ut: facies, molities

Graeca. Hic tapes, cometes, magnes, bootes, aromatites, absynthites, lebes.

IS.

58. Is dato faemineis: Mas sentis, piscis, aqualis,
59. Anguis tum fustis, tum callis, follis, et ensis.
60. Sic mensis, vectis, torris, glis, postis, et orbis,
61. Et sanguis, cenchris, collis, cum vomere cassis,
62. Mugilis, atque lapis, vermis, cum fasce canalis,
63. Unguis, tum cucumis, tum caulis, pulvis, et axis;
64. Nis quoque finitum, ceu panis, et asse creata.

Sic: Haec Navis, clavis, tussis, sitis, turris, vestis, restis, ravis, febris, pestis, vis, cutis, pellis, cuspis, etc. *In nis* finita. Hic ignis, amnis, funis, crinis, cinis, finis.

Excipe: bipennis; et graeca nomina cum genitivo in *idis*, ut: Tyrannis, coronis, etc.

Composita ex asse: Hic semissis, tressis, octussis, decussis. vigessis, centussis, id est: media, tertia, octava, decima, vigesima, centesima pars, assis, seu totius.

65. Mascula in Os sunto. Dos, cos, muliebris, et arbos.
66. Da chaos, atque melos neutris os, argos, eposque.

Sic: Hic mos, flos, ros, honos, monoceros, heros.

US.

67. Nomen in us mas est; seu quartae, sive secundae.

68.

68. **Porticus, atque tribus, muliebris: acusque, manusque,**
69. **Alvus, humus, vannus, colus, idus, carbasus addes.**
70. **Et domus, et ficus pomum, mas morbus habetur.**

Sic; Morbus, digitus, nodus, nervus, gladius, fumus, fundus, etc quartae declin. Arcus, partus, aestus, saltus, risus, contemptus.

Nota: Hic acus, i, certum piscis genus. Haec acus, acus. Hoc acus, aceris. *Polyva.* Eyren'. Plewa.

71. **Plurima in os graeca, Ausonii fecere latina,**
72. **Quae maribus partim, ut Prologus, paradisus, adhaerent**
73. **Partim faemineis; veluti: diphtongus, eremus.**
74. **In neutris numera virus; pelagusque profundum,**

Nota in us masculina: Hic isthmus, smaragdus, crocus, scyphus, cyathus, prologus, epilogus, dialogus, stylus, zelus.

Graeca Faeminea: Dialectus, methodus, papirus, arctus, synodus, abyssus, chrystallus, periodus, exodus, Pharus, diametrus, vel diameter, Peloponesus, Chersonesus.

US TERTIAE DECLINATIONIS.

75. **Postulat us neutrum, quoties id tertia flectit,**
76. **Hic lepus, et mus, pus graecum, compostaque iunges.**
77. **Sit tibi faemineum: lagopus herba, volucris,**
78. **Cum tellure palus, subscus, pulcherrima virtus,**
79. **Atque solus, pecudisque pecus, quibus additur incus:**
80. **Quaequae sibi servus, iuvenisque, senexque iugarunt.**

Us tertiae: Genus, vulnus, frigus, munus, ulcus, ius, thus, crus pignus, funus.

Composita ex pus graeca: Hic tripus, melampus Oedipus, apus. Haec servitus, iuventus, senectus.

81. Aes tibi sit neutrum. Laus, fraus, muliebria sunto.

S.

82. S. dato faemineis, si consona ponitur ante.
83. Esto virile rudens, fons, pons, seps, lethifer anguis.
84. Mons, dens, atque chalybs, assis quibus addito partes,
85. Et polysyllaba ps, forceps dematur adunca.

Sic post Consonantes bs, ls, rs, ms, ns, ps. *monosyllabam*: Haec trabs: puls. ars, hyems, stirps, frons, mors, cohors, pars, bidens.

Assis partes. Sextans, quadrans, triens, dodrans, dextrans.

Polysyllaba ps. Hic hydrops, epops, cyclops, gryps, merops.

Nota. Hic torrens, confluens, profluens, subintelligitur, *amnis*. Hic nefrens *porcellus*. Hic oriens, occidens *sol*.

X.

86. X. dato faemineis; sed eryx, grex, mascula sunto,
87. Et spadix, bombix, vermis, cum fornice phoenix,
88. Atque calyx, coccix, et orix, varixque, calixque,
89. Praeterea volvox, quicunx, septunxque, deunxque.

In X: Fax, lex, vox; faux, nox, nux, lanx, cervix, codix, nix, pix, cicatrix, coxendix; appendix, perdix, filix, fulix.

Nota. Haec bombyx, *vestis bombycina*. Hic bombyx, *vermiculus*.

AX. EX.

90. Ax, ex, finitum polysyllabon, esto virile.
91. Faemineum thomex, halex, cum smilace fornax,
92. Et forfex, vibex, carex adiunge supellex,

In

In ex, Frutex, vertex, remex, codex, pulex, apex, cimex, index, caudex, silex, obex, cortex, pumex, ilex, murex.

93. **Mobile fit fixum, si fixum mente subaudis,**
94. **Unde genus capit, ut: sonipes, oriensque, tonansque.**

Sic: Hic sonipes, intelligitur *equus.* Tonans; *Deus*, Sextilis, Quintilis, *mensis*; Molaris, *dens.* Profluens, confluens, *amnis.* etc.

Haec continens, *terra*, consonans, vocalis, *litera*, bipennis, *securis*: bidens, *ovis*; biremis, triremis, *navis*, suburbanum, *praedium.*

95. **Mobile fit neutrum, ni fixum mente subaudis.**

Adiectivum neutro effertur, si nullum substantivum subintelligitur, ut: *Consequens est, decens, aequum, dulce, decorum est.*

De Vi terminationis.

96. **Respicimus fines, non significata frequenter;**
97. **Zeugma., Reate ideo petit hoc, cum Tibure, Cere.**
98. **Martius hic Narbo, braccatae gloria gentis.**
99. **Hoc praeneste, Hispal. Sulmo hic uberimus undis.**
100. **Haec damnata diu Romanis Alia fastis.**

Sic: Nomina fluviorum. Haec Druentia, Addua, Abula, Betia, Tamesis, etc.

101. **Respicit interdum nomen generale Poëta;**
102. **Unde sibi merito genus inferiora capessunt:**
103. **Sic volucrem sequitur bubo, sic flumen Jader.**

Nomen generale poeticum, ut: Avis, flumen, mons, gemma. Sic haec bubo, *Avis*; hoc Iader, *flumen*; hic othrys, athos, ossa, *mons*, haec topazius, zaphyrus, smaragdus, *gemma*, *etc.*

C.)

DE GENERIBUS,

QUAE EX

USU, ET AUCTORITATE

COGNOSCUNTUR.

INCERTI GENERIS.

104 Haec modo faemineis, maribus modo iuncta videbis.
105 Grossus, adeps, atomus, limax, cum torque phaselus.
106. Scrobs, serpens, finis cum corbe, diesque rubusque,
107. Postulat hic aut hoc merito nar, vulgus, et Auxur.

Nota. Differunt haec nomina a nominibus generis communis, duorum: quod, in his articulus *hic*: solum apud masculinas, *haec* solum apud faemininas personas usurpatur.

RARO FAEMININI GENERIS.

108 Masculina, bubo, specus, cortex, cum pumice pulvis,
109 Et calx pars pedis, atque silex, cum margo palumbes:
110. Proferet haec caute iuvenis muliebria Vates.

Nota. His iuveni nisi in carmine condendo, uti non licet in genere faeminino.

RARO MASCULINI GENERIS.

111. Est muliebre animans, volucris cum stirpe, cupido.
112 Sardonychem comitatur onyx, grus, clunis, et ales,

113.

113. Cum talpa linter, cum dama linxque, penusque.
114. Haec maribus tribues, cinget cum tempora laurus.
115. Hunc iubarem, hunc ſtrondem, hunc pinum, nimiumque vetusta,
116. Pacuvii proavis atavisque utenda relinque.

DE GENERE EPICOENO.

117. Articulo sexum quae complectuntur utrumque,
118. Uno, Epicoena vocant Graii, promiscua nostri.

Sic; Hic lepus, pavo, passer, turtur, vultur, corvus, cancer, anser, camelus, aper, etc.
Haec Felis, aquila, ovis, tygris, rana, alauda, panthera; luscinia.
Nota. Epicoena non esse: Equus, equa, cervus, cerva, lupus, lupa, gallus, gallina, simius, simia etc.
Nota. 2. Quod si sexum iudicare velis, dicere poteris: Aprum, faeminam telo fixit. Sic. Col. I. 8. c. 25. *Pavonem, masculum et pavonem faeminam* dicit. C. 2. de Divin. *Maris anguis, faeminae.* Plin: l. 30. c. 7. *Anatum*, inquit, *mascularum sanguis.*

II.

DE NUMERO NOMINUM.

Quot sunt Numeri?

Duo: 1) *Singularis*, quo utimur, quando de re, aut persona unica, 2) *Pluralis*, quando de pluribus sermo est

Nota. Quodvis Substantivum duplici hoc numero gaudere deberet; sunt tamen complura, quorum alia

alia solo Plurali, e. g. *Calendae*, *divitiae*, *excubiae*, *fasti*, *arma* etc. declinantur; alia vero Numero Singulari, e. g. aurum, argentum, triticum etc. usitata sunt, de quibus in Declinatione Nominum Anomalorum agetur.

III.

DE CASIBUS NOMINUM

Quid Casus, et quot sunt Casus?

Casus est specialis Nominis, Pronominis, aut Participii terminatio: seu, est mutatio ultimae Syllabae Nominativi. Sex autem sunt Casus: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus, et Ablativus.

Nota. 1) Ex his Nominativus *Rectus* vocatur: ceteri *Obliqui*; ideo autem Nominativus dicitur *Rectus*, quia aliorum est quasi parens; ideo casus alii *Obliqui*, quia quasi flexione quadam a Recto nascuntur:

Nota 2) Non omnia Nomina memoratos sex casus habent; sunt enim nonnulla, quae unicum casum in usu habent, dicunturque *Monoptota*; aut duos, Diptota: aut tres Triptota: aut quatuor, Tetraptota. De Defectivis his casibus in Nominum Declinatione.

IV.

DE DECLINATIONE NOMINUM.

Quid est Declinatio?

Est variatio nominis in fine per casus.

Quot sunt Declinatione?

Quinque, et cognoscuntur ex ultima syllaba Genitivi.

Geni-

Genitivus Primae exit in - - ae.
Secundae in - - - - - i.
Tertiae in - - - - - - is.
Quartae in - - - us, vel in u.
Quintae in - - - - - ei.

Quomodo ceteri casus terminantur?

Omnes ceteri casus formantur a Genitivo singulari, cuius ultima syllaba varie mutatur, ut in Schematibus singularum Declinationum videre est.

Admonitio. Doctrina de Nominum Latinorum Declinatione, ut: necessaria et usus quotidiani: ita brevis, nec onerosa est, ac praeter Accusativum et Ablativum Singularem, atque Genitivum Pluralem pauca continent, quae a propositis Parte I. Paradigmatis, quae hic consulto in gratiam tironum repetuntur, discrepant. Impeditiorem asperioremque adolescentibus faciunt, quae de Graecorum, aut Graeco Latinorum Nominum Declinatione admiscet Alvarus. Facilioris itaque et firmioris memoriae caussa regulae de Latinis Nominibus declinandis versibus illigatae, et ne confusione varietatis perturbarentur tirones, Latina a Graecis, quorum in Poetarum inprimis lectione usus erit, secreta sunt.

VERSUS MEMORIALES DE DECLINATIONIBUS NOMINUM LATINORUM.

REGULAE GENERALES.

1. Nomina composita inflectes ad simplicis instar;
2. Ast in compositis flectes tantummodo rectum:
3. Si recti duo sint, tunc declinabis utrumque.
4. Sunt neutris similes tres casus: nempe vocandi,
5. Primus cum quarto. Similem Pluralia sexto,
6. Tertium habent casum. Primo par quintus habetur.

7. A

7. A Recto semper Genitivus flectitur: omnes
8. Obliquos reliquos Genitivi inflexio formet.

---

1. Nomina composita fere instar simplicium declinantur, ut: *vir*, *viri*, *triumvir*, *triumviri*, *prudens*, *prudentis*, *imprudens*, *imprudentis*.

Exceptio. At quaedam haec non servant, ut: *sanguis*, *sanguinis*, *exsanguis*, *exsanguis*, non *exsanguinis*, *capricornus*, *i*, *contimanus*, *a*, *um*, quamvis composita a *cornu* genit. *cornu*, *manus*, genit. *manus*. Sic. *unimanus*, *anguimanus*, *i*; *Quies*, *quietis*; *requies*, *requiei*, *et requietis*; *Pubes*, *pubis*, *impubes*, *impuberis*, et *impubis*, *portus*, *portus*, *angiportum*, *angiporti*, genere neutro. *Id angiportum non est pervium.* Terent. Adelph. Act. 4. vel *angiportus*, *us*. *Omnes angiportus.* Cic. Div. I. 32. *In solo angiportu.* Hor. Od. I. 25. 10.

2. In compositis rectus tantum declinatur, ut: *Tribunusplebis*, *Tribuniplebis*, *Tribunoplebis*, *Tribunumplebis*, etc. Huc spectant: *senatusconsultum*, *iurisperitus*, *iure*, vel *iurisconsultus*, *paterfamilias*, *ludimagister*, *duumvir*, *omnipotens*, atque alia eiusmodi.

Huc pertinent etiam voces ex particulis indeclinabilibus, aut encliticis compositae ut: *utervis*, *utriusvis*, *uterque*, *utriusque*, *tantidem*. *Duo* in compositione per omnia genera est indeclinabile, ut: *duodecimus*, *duodeviginti*: *etc.*

Composita contra e duobus indeclinabilibus, non declinantur, ut: *huiusmodi*, *eiusmodi*.

3. Si nomen e duobus rectis copuletur, uterque declinabitur, ut: *Respublica*, *Reipublicae*, *Rempublicam*, *etc.* *Iusiurandum*, *iurisiurandi*, *iuriiurando*, etc.

Ex-

Exceptio. Alteruter, alterutra, alterutrum, in Genit. *alterutrius,* Dat. *alterutri,* e. g. *Solon capite sanxit, siquis in seditione non* alterutrius *partis fuisset.* Cic. Att. lib 10. ep 1. Quamquam in Protagora *alteriusutrius* dixit, teste Prisc. L. 5. et 2. de Div. Cur. *alterutram* emisit? quod alii emendant alterutram, hoc enim longe usitatius est. *Leopardus, Leonardi, Rosmarinus,* vel *rosmarinum, habet Genit. Rosismarini,* et *rosmarini. Olusatrum, olusatri,* et *olerisatri. Marspiter,* loco *Marspater, Marspitris. Puerpera, puerperae,* et *puerperium, ii,* composita ex *puer,* et *pario,* proprie non huc pertinent.

4. Nomina neutra tres casus habent, similes. Nominativum, Accusativum, et Vocativum, qui numero multitudinis a litera terminantur, praeter *ambo,* et *duo.*

5. Dativus et Ablativus pluralis numeri similes sunt: *mensis,* a *mensis*; *virtutibus,* a *virtutibus.*

6. Vocativus similis est Nominativo, exceptis secundae declinationis nominibus, in *us* desinentibus, idque in singulari Numero tantum.

7. et 8. Genitivus fit a Nominativo, sed a Genitivo reliqui casus formantur, mutatis terminationibus, ut: *miles, mili-tis, mili-ti, mili-tem,* etc.

DE

DE
PRIMA DECLINATIONE

SCHEMA

Singulariter.		*Pluraliter.*	
Nomin.	A.	Nom.	ae.
Gen.	ae.	Genit.	arum.
Dat.	ae.	Dat.	is, quaedam abus.
Accus.	am.	Accus.	as.
Voc.	a.	Voc.	ae.
Ablat.	a.	Abl.	is, quaedam abus.

PARADIGMA.

Numero Singulari.

N. Haec Mensa. *Ez az Asztal.* Der Tisch. Tento Stůl. Ov Ztol. *Ova Terpeza.*
G. Mens-ae. *Ezé az Asztalé.* Des Tisches. Tohoto Stůlu. Ovoga Ztola. *Ove Terpeze,*
D. Mens-ae. *Ennek az Asztalnak.* Dem Tische. Tomuto Stůlu. Ovomu Ztolu. *Ovoj Terpezi.*
A. Mens-am. *Ezt az Asztalt.* Den Tisch. Tento Stůl. Ovoga Ztola. *Ovu Terpezu.*
V. O Mens-a. *O Asztal.* O du Tisch. O Stul. O O Ztol. *O Terpeza.*
A. A Mens-a. *Ettől az Asztaltól.* Von dem Tische. Od tohoto Stůlu. Od ovoga Ztola. *Od ovo Terpeze.*

Numero Plurali.

N. Hae Mens-ae. *Ezek az asztalok.* Die Tische. Týto Stůli. Ovi Ztoli. *Ove Terpeze.*
G. Mens-arum. *Ezeké az Asztaloké.* Der Tische. Týchto Stůlůw. Oveh Ztolov. *Oviuh Terpezah.*

D.

D. Mens-is. *Ezeknek az Asztaloknak.* Den Tischen. Timto Stulum. Ovem Ztolom. *Ovima Terpezama.*
A. Mens-as. *Ezeket az Asztalokat.* Die Tische. Tyto Stuli. Ove Ztole. *Ove Terpeze.*
V. O Mens-ae. *O Asztalok.* O ihr Tische. O Stuli. O Ztoli. *O Terpeze.*
A. a Mens-is. *Ezektől az Asztaloktól.* Von den Tischen. Od tichto Stolaw. Od oveh Ztolov. *Od oviuh Terpezah.*

REGULAE PARTICULARES.

9, Rectus *A*, sed Genitivus in *AE* fit flexio prima
10. Patrium in *as* veteres; *ai* vertere Poëtae.
11. Tertius, et sextus dant *is*; *equa filia, mula:*
12. *Nata, Dea, et Liberta, duae,* dant abus, et *ambae.*

---

9. Primae Declinationis nomina Latina exeunt in A: ut *victoria, familia*, etc.

10. Priscis temporibus Genitivus singularis latinis in *as*, et interdum apud Poëtas in *ai*, terminabantur, ut: *aulai, pictai*, pro *aulae, pictae; auras, Maias*, pro *aurae, Maiae*, imitatione Graecorum.

Hinc Genitivus antiquus *familiae*, mansit in his compositis: *paterfamilias*, *materfamilias*, *filiusfamilias.* Livius etiam dixit: *familiae.*

11, et 22. Dativus, et Ablativus multitudinis, *is*, syllaba finitur, praeter nonnulla, quae, ut notat Sosipater l. I. sexus discernendi gratia, ut: *Dea, anima, filia, nata, liberta, asina, socia*, ietc. a viris etiam doctis, praecipue Iurisperitis n *abus* usurpantur.

Dicitur tamen etiam *filiis, natis, Diis, animis*, etc. si e contextu perspicuum fiat, de masculinisne, an de faemellis agatur. Sic Cic. L. 14. Ep.

Ep. 14 dixit, duabus *animis* suis. Liv. 38. minorem *duabus filiis* nuptam. Plin. *H. N. XI* 40. *Asinis* mammae e fetu dolent, Varro de Re rust. *III.* 16. §. 7. de musis locutus subiungit: *His Diis Heliconem attribuerunt homines.*

DE
SECUNDA DECLINATIONE
SCHEMA.

Singulariter.		*Pluraliter.*		
Nomin.	us, *er*, ir, ur, um.	Nomin.	i. neutra	a
Genit.	i.	Genit.	orum.	
Dativ.	o.	Dat.	is.	
Accus.	um.	Accus.	os.	a
Voc.	e, i, er, ir, ur, um.	Vocat.	i.	a
Ablat.	o.	Ablat.	is.	

PARADIGMA I.

Numero Singulari.

N. Hic Domin-us. *Ez az Úr.* Der Herr. Tento Pán. Ovaj Gospodin. *Ov Gozpon.*

G. Domin-i. *Ezé az Úré.* Des Herrn. Tohoto Pána. Ovoga Gospodina. *Ovoga Gozpona.*

D. Domin-o. *Ennek az Úrnak.* Dem Herrn. Tomuto Pánu. Ovomu Gospodinu. *Ovomu Gozponu.*

A. Domin-um. *Ezt az Urat.* Den Herrn. Tohoto Pána. Ovoga Gospodina. *Ovoga Gozpona.*

V. o Domin-e. *O te Úr vel Uram.* O du Herr. O Pane. O Gospodine. *O Gozpon.*

A. a Domin-o. *Ettől az Úrtól.* Von dem Herrn. Od tohoto Pána. Od ovoga Gospodina. *Od ovoga Gozpona.*

Nu-

Numero Plurali.

N. Domin-i. *Ezek az Urak.* Die Herren. Tito Páni. Ova Gospoda. *Ovi Gozponi.*
G. Domin-orum. *Ezeké az Uraké.* Der Herren. Tichto Pánůw. Ove Gospodeh. *Oveh Gozponov.*
D. Domin-is. *Ezèknek az Uraknak.* Den Herren. Timto Pánům. Ovoj Gospodi. *Ovem Gozponom.*
A. Domin-os. *Ezeket az Urakat.* Die Herren. Týto Páni. Ovu Gospodu. *Ove Gozpone.*
V. o Domin-i. *O ti Urak.* O ihr Herren. O Páni. O Gospodo. *O Gozponi.*
A. a Domin-is. *Ezektől az Uraktól.* Von den Herren. Od tichto Pánůw. Od ove Gospode. *Od oveh Gozponov.*

PARADIGMA II.

Numero Singulari.

N. Hoc Templ-um. *Ez az Egyház.* Die Kirche, Tento Kostel. Ova Cerkva. *Ova Czirkva.*
G. Templ-i. *Ezé az Egyházé.* Der Kirche. Tohoto Kostela. Ové Cerkve. *Ove Czirkve.*
D. Templ-o. *Ennek az Egyháznak.* Der Kirche. Tomuto Kostelu. Ovoj Cerkvi. *Ovoj Czirkvi.*
A. Templ-um. *Ezt az Egyházat.* Die Kirche. Tento Kostel. Ovu Cerkvu. *Ovu Czirkvu.*
V. o Templum. *O Egyház,* O du Kirche. O Kostele. O Cerkva. *O Czirkva.*
A. a Templ-o. *Ettől az Egyháztól.* Von der Kirche. Od tohoto Kostela. Od ove Cerkve. *Od ove Czirkve.*

Nu-

Numero Plurali.

N. Haec Templ-a. *Ezek az Egyházak.* Die Kirchen. Tyto Kostelowé. Oviuh Cerkvih. *Ove Czirkve.*
G. Templ-orum. *Ezeké az Egyházaké.* Der Kirchen. Tichto Kostelůw. Ove Cerkve. *Ove Czirkve.*
D. Templ-is. *Ezeknek az Egyházaknak.* Den Kirchen. Timto Kostelům. Ovima Cèrkvama. *Ovem Czirkvam.*
A. Templ-a. *Ezeket az Egyházakat.* Die Kirchen. Týto Kostely. Ove Cerkve. *Ove Czirkve.*
V. o Templ-a. *O Egyházak.* O ihr Kirchen. O Kostelowé. O Cerkve. *O Czirkve.*
A. a Templ-is. *Ezektől az Egyházaktól.* Von den Kirchen. Od tiechto Kostelůw. Od oviuh Cerkvih. *Od oveh Czirkvih.*

R E G U L A E.

13. Altera *us*, *um* facit, aut *er*, *ir*, *ur*. Sed Patrius exit.
14. Semper in *i*. Verum *ius*, habent: *uter*, *ullus*, *et unus*.
15. *Alteruter*, *nullus*, *neuter*, tum *solus uterque*.
16. *Alterius*, cum *totius*, Genitivus *Alius*.
17. In Dandi casu dant *i*, Pronominis instar.
18. Sunt Rectus, Quintusque pares, *us* habentia Rectum,
19. Hoc in *e* commutant: Deus unus, semper et idem.
20. Filius *i*, poscitque meus: cui propria iunges.

---

13. Latina nomina secundae Declinationis in syllabas *us*, *um*, *er*, *ir*, *ur* exeunt; ut: *populus*, *praemium*, *faber*, *vir*, *satur*.

14. Genitivus semper exit in *i*, estque fere aequalis Nominativo Syllabarum numero, ut: populus, *i*. Praeter *Iber*, *Iberi*, *Celtiber*, *Celtiberi*, *satur*, *saturi*, *dexter*, *dexteri*, et per syncopen *dextri*, *vir*, *viri*, et composita *triumvir*, *decemvir* etc. Composita item ex verbis *gero*, et *fero*, *armiger*, *armigeri*, *signifer*, *signiferi*. Poëtae nonnunquam in nominibus in *ius* et *ium* desinentibus, alterum *i* genit. exmittunt; Virg. Ecl. I. nec cura *peculi*. Horat. I. 3. Od. 2. vis *consili expers*; id est: *consilii*, *peculii* per Synaeresim.

15. etc. Genit. *ius*. Dat. *i*, formant: *solus*, *totus*, *unus*, etc. de quibus dictum est Part. I.

18, 19, et 20. Vocativus similis est Nominativo, *O vir*, *o puer*, * *o satur*. Excipe nomina *us* syllaba finita, quae *us* in *e* mutant: *populus*, *o popule*, *fluvius*, *o fluvie*, *socius o socie* ** Ab his tamen excipe *Deus*, quod similiter exit in Vocativo, *o Deus*. Item *filius*, et nomina propria Latina in *ius*, quae *us* in vocativo deponunt, *o fili*, *o Antoni*, *o Pompei*. *** *Meus* ab obsoleto *mius* habet *mi*.

* Saepius apud Plautum occurrit *puere*, pro *puer*. e. g. Asin. II. 3 2. V. 12 41. Merc. V. 2. 71. etc. Item *o Tymbre*, pro *Tymber*, *Evandre*, pro *Evander*, ab inusitatis vocibus *puerus*, *Tymbrus*. etc.

** Latini interdum, vel euphoniae caussa, vel Atticos imitantes Vocativum similem faciunt Nominativo, *o populus*, *o fluvius*, *o meus*. Liv. L. 1. Audi tu, *populus Albanus*. L. 2. Degener *o populus*. Virgil. L. 6 Proiice tela manu *sanguis meus*. Id. L. 8. Corniger Hesperidum *fluvius*, regnator aquarum, adsis o tandem. Simile fere est in sacris nostris illud: *Agnus DEI*, *qui tollis* etc.

*** Nomina propria adiectiva facta, *us* mutant in *e*, ut: *Delius, a, um*, o *Delie*. *Saturnius, a, um*, o *Saturnie*. *Pius* nomen proprium habet *Pie*, ex *Genius*, Vossius cum nonnullis Grammaticis Vocat. format, o *Geni*, pro *Genie*. Apud Gellium XIV. 7. formavit, vel finxit aliquis Grammaticorum *terti; egregi, modi* Vocat. a *tertius*, *egregius*, *modius*.

Nominativus multitudinis *i* littera terminatur; ut: *captivi*; *liberi*: priscis tamen temporibus *ei* diphthongo terminabatur, ut: *captivei, liberei*, ut a Genit. sing. captivi, liberi differret. Gellius lib. 13. C. 4. Quint. L. I. C. 7. uti et in Dativo captiveis.

DE

TERTIA DECLINATIONE

SCHEMA.

Singulariter.	*Pluraliter.*
Nom. a, e, o, c, l, n, r, s, t, x.	Nom. es, Neutra a, (ia)
Genit. is.	Genit. um, (ium)
Dativ. i.	Dativ. ibus.
Accus. em, (im) Neutra sicut in Nom.	Accus. es, Neutra a, (ia)
Voc. sicut in Nom.	Voc. Sicut in Nominat.
Ablat. e, (i)	Ablat. ibus.

PARADIGMA I.

Numero Singulari.

N. Hic Sermo. *Ez a' Beszéd.* Die Rede. Táto Reč. Ovo govorenje. *Ovo govorenye.*

G.

G. Huius Sermon-is. *Ezé a' beszédé,* Der Rede. Tegto Reči. Ovoga govorenja. *Ovoga govorenya.*
D. Huic Sermon-i. *Ennek a' beszédnek.* Der Rede. Tegto Reči. Ovomu govorenju. *Ovomu govorenyu.*
A. Hunc Sermon-em. *Ezt a' beszédet.* Die Rede. Tuto Reč. Ovoy govorenje. *Ovo govorenye.*
V. O Sermo. *ó beszéd.* O du Rede. O Reč. O govorenje. *O govorenye.*
A. Ab hoc Sermon-e. *Ettől a' beszédtől.* Von der Rede. Od tegto reči. Od ovoga govorenja. *Od Ovoga govorenya.*

Numero Plurali.

N. Hi Sermon-es. *Ezek a' beszédek.* Die Reden. Týto reči. Ova govorenja. *Ova govorenya.*
G. Horum Sermon-um *Ezeké a' beszédeké.* Der Reden. Tichto rečich. Oviuh govorenjah. *Óveh govoreny.*
D. His Sermon-ibus. *Ezeknek a' beszédeknek.* Den Reden. Timto rečám. Ovima govorenjima. *Ovem govorenyam.*
A. Hos Sermon-es. *Ezeket a' beszédeket.* Die Reden. Týto reči. Ova govorenja *Ova govorenya.*
V. O Sermon-es. *o beszédek.* O ihr Reden. O reči. O govorenja. *O govorenya.*
A. Ab his Sermon-ibus. *Ezektől a' beszédektől* Von den Reden. Od tichto reči. Od oviuh govorenjah. *Od oveh govoreny.*

PARADIGMA II.

Numero Singulari.

N. Haec Ovis. *Ez a' Juh.* Das Schaaf. Táto owce. Ova Ovca. *Ova Ovcza.*
G. Huius Ovis. *Ezé a' Juhé.* Des Schaafes. Této owcý. Ove Ovce. *Ove Ovcze*

D. Huic Ov-i. *Ennek a' Juhnak.* Dem Schaafe. Tégto owcy. Ovoj Ovci. *Ovoj. Ovczi.*
A. Hanc Ov-em. *Ezt a' Juhot.* Das Schaaf. Tuto owcu Ovu Ovcu. *Ovu Ovczu.*
V. O Ovis. *o Juh.* O du Schaaf. O owce. O Ovca. *O Ovcza.*
A. Ab hac Ov-e. *Éttöl a' Juhtól.* Von dem Schaafe. Od tegto owce. Od ove Ovce. *Od ove Ovcze.*

Numero Plurali.

N. Hae Ov-es. *Ezek a' Juhok.* Die Schäfe. Týto owce. Ove Ovce. *Ove Ovcze.*
G. Harum Ov-ium. *Ezeké a' Juhoké.* Der Schäfen. Tichto owcých. Oviuh Ovacah. *Oveh Ovacz.*
D. His Ov-ibus. *Ezeknek a' Juhoknak.* Den Schäfen. Timto owcám. Ovimah Ovcamah. *Ovem Ovczam.*
A. Has Ov-es. *Ezeket a' Juhokat.* Die Schäfe. Týto owce. Ove Ovce. *Ové Ovcze.*
V. O Ov-es. *o Juhok.* O ihr Schäfe. O owce. O Ovce. *O Ovcze.*
A. Ab his Ov-ibus. *Ezektöl a' Juhoktól.* Von den Schäfen. Od týchto owcých. Od oviuh Ovacah. *Od oveh Ovacz.*

PARADIGMA III.

Numero Singulari.

N. Hoc Tempus. *Ez az idő.* Die Zeit. Tento čas. Ovo vrime. *Ovo vreme.*
G. Huius Tempor-is. *Ezé az időé.* Der Zeit. Tohoto času Ovoga. vrimena. *Ovoga vremena.*
D. Huic Tempor-i *Ennek az időnek.* Der Zeit. Tomuto času. Ovomu vrimenu. *Ovomu vremenu.*
A. Hoc Tempus. *Ezt az időt.* Die Zeit. Tento čas. Ovo vrime. *Ovo vreme.*
V. O Tempus. *o idő.* O du Zeit. O čas. O vrime *O vreme.*

A.

A. Ab hoc Tempor-e. *Ettől az időtől.* Von der Zeit. Od tohoto času. Od ovoga vrimena. *Od ovoga vremena.*

Numero Plurali.

N. Haec Tempor-a. *Ezek az idők.* Die Zeiten. Tyto časowé. Ova vrimena. *Ova vremena.*
G. Horum Tempor-um. *Ezeké az időké.* Der Zeiten. Tichto časuw. Oviuh vrimenah. *Oveh vre-men.*
D. His Tempor-ibus. *Ezeknek az időknek.* Den Zeiten. Timto časum. Ovimah vrimenimah. *Ovem vremenam.*
A. Haec Tempor-a. *Ezeket az időket.* Die Zeiten. Týto časy. Ova vrimena. *Ova vremena.*
V. O Tempor-a. *o idők.* O ihr Zeiten. O časowe. O vrimena. *O vremena.*
A. Ab his Tempor-ibus. *Ezektől az időktől.* Von den Zeiten. Od tichto časuw. Od oviuh vrimenah. *Od oveh vremen.*

PARADIGMA IV.

Numero Singulari.

N. Hoc Cubile. *Ez a' Kamara.* Die Kammer. Tato komora. Ova Zpalnicza. *Ova Soba.*
G. Huius Cubil-is. *Ezé a' Kamaráé.* Der Kammer. Tegto komory. Ove Zpalnicze. *Ove Soba.*
D. Huic Cubil-i. *Ennek a' Kamarának.* Der Kammer. Tegto komore. Ovoj Zpalniczi. *Ovoj Sobi.*
A. Hoc Cubile. *Ezt a' Kamarát.* Die Kammer. Tuto komoru. Ovu Zpalniczu. *Ovu Sobu.*
V. O Cubile. *o Kamara.* O du Kammer. O komora. O Zpalnica. *O Soba.*
A. Ab hoc Cubil-i. *Ettől a' Kamarától.* Von der Kammer. Od tegto komory. Od ove Zpalnicze. *Od ove Sobe.*

Nu-

Numero Plurali.

N. Haec Cubil-ia. *Ezek a' Kamarák.* Die Kammern. Týto komori. Ove Zpalnicze. *Ove obe.*
G. Horum Cubil-ium. *Ezeké a' Kamaráké.* Der Kammern. Tichto komor. Oveh Zpalnicz. *Oviuh Sobah,*
D. His Cubil-ibus. *Ezeknek a' Kamaráknak.* Den Kammern. Timto komorám. Ovem Zpalczniam. *Ovimah Sobamah.*
A. Haec Cubil-ia. *Ezeket a' Kamarákat.* Die Kammern. Týto komori. Ove Zpalnicze. *Ove Sobe.*
V. O Cubil-ia. *O Kamarák.* O ihr Kammern. O komory. O Zpalnicze. *O Sobe.*
A. Ab his Cubil-ibus. *Ezektöl a' Kamaráktól.* Von den Kammern. Od tichto komor. Od oveh Zpalnicz. *Od oviuh Sobah.*

R E G U L A E.

21. Tertia multimodis inflexio finibus exit;
22. At semper Genitivus in *is*; sermonis, ovilis
23. Usus multiplices formas, et Lexica dicent.

---

21. Etsi tertiae Declinationis quamplurimae sint positiones, Genit. tamen in *is* syllabam exit, qui Nominativo modo est aequalis numero syllabarum, ut: *navis, nav-is;* modo una syllaba longior, ut: *turbo, turbi-nis*, modo duabus, ut *iter, itineris, biceps, bici-pitis, supellex, supelle-ctilis.*

Admonitio. Palaemon, Probus, Phocas, Asper, Donatus, ut ceteros Grammaticos silentio praeteream, celeberrimus *Vossius*, nimii sunt in tradendis formationibus Genitivorum, quas tamen e Libello primitivorum, Lexico bono, et usu facilius disci longa, experientia docet: ut adeo hoc labore tirones nullo detrimento levari possint.

AC-

ACCUSATIVUS TERTIAE.

24. Terminat *em* Quartus, testem pro teste capesse.
25. Im contra faciunt: *buris, vis, pelvis, amussis,*
26. Et *cucumis, sitis,* et *ravis, tussi* adde *securim,*
27. Hispalis, et Tyberis, Zeuxis, et Propria quaedam.
28. His iunges *Tigrim, Syrtim,* quibus adde *Charybdim.*

EM. et IM.

29. *Em* dat et *Im. Navis, clavis, sementis, aqualis,*
30. Et *puppis, febris, turris,* cum *cannabe restis.*

---

24. Accusativus Latinus exit in *EM*, ut *sermonem*, exceptis neutris, quae Nominativum, Accusativum, et Vocativum (ut in Reg. Genit. N. 4.) similem habent.

25. et 26. Excipe *buris*, *pelvis*, *ravis*, *vis*. *tussis*, *sitis*, *cucumis*, *securis*, *amussis*, *decussis*, *centussis*, quae in *im* exeunt; sed *cucumer* iunioribus *cucumerem* facit iuxta regulam, antiqui *cucumim* maluere. At securis aliquae Edit. e. g. Heyn. Virg. Aen. XI. 656. habent *securem*, quod etiam Priscianus probat. *Praesepis*, pro *praesepe* habet praesepim, apud Plaut. Curc. II. 1. 13. *sinapis*, *sinapim*, nam *sinape*, *sinapis* declinatur, ut *cubile*: sinapi vero, est indeclinabile.

27. et 28. *Hispalis, Araris, Albis, Tanais, Tyberis*, *Opis*, *Fabaris*, et plura his similia nomina Propria formant accusandi casum in *im*. *De Graecis* infra.

29. et 30. *Em*, et *im* faciunt sequentia, sed diversimode; nam *clavis*, *febris*, *navis*, *aqualis*, *sementis*, *strigilis*, frequentius in *em*, quam in *im*; at *puppis*, *restis*, *turris*, *cannabis*, usitatius in *im*, quam in *em*, terminantur;

avim,

avim, ab *avis*, format Neavius, *lentim*, a *lens*. Cato. R. C. 35, et 116.

ABLATIVUS TERTIAE.

31. Sextus e finitur, *Cicerone*, ac *Caesare* teste.
32. *I* vero cupiunt, quibus *im* tantummodo quarto est.
33. Adiectiva in *is*, aut *e*, vel *er*, tum nomina mensis:
34. *Mugilis*, atque *memor*, *strigilis*, quibus adde *canalis*.
35. Et quae neutra petunt e, *vel al*, vel *ar*, *i* quoque poscunt.
36. Sed dat *e far*, *baccarque*, *iubar*, cumque *hepate nectar*.
37. Mobile vult *e*, vel *i* generi quod convenit omni;
38. Deme *senex*, *puberque*, *bipes*, cum *paupere sospes*.
39. *Ens*, aut *ans*, mediusque gradus per *e* crebrius exit.
40. Huc *vectis*, *postis*, *classis*, *fart* et *anguis*, et *unguis*.
41. *Imber*, et *ignis*, et *amnis*, *avis*, cum *fine*, *supellex*,
42. Et *victrix*, *ultrix*, et *rus*, *civisque*, *tridensque*,
43. *Fixaque* mobilium quaedam retinentia formam
44. *I* donant sexto; Proprium per *e* rectius effer,
45. Praeter *e* nil sexto poscunt, *volucrisque*, *rudisque*.

Ablativus in E.

31. Ablativus tertiae Declinationis regulariter in *e* desinit, ut: *Cicerone*, *Caesare*, *Duce*, *milite*, etc.

Ex-

Exceptiones.

32. Nomina Substantiva Latina, quorum Accusat. exit in *im*, tantum *i* poscunt in Ablativo, ut: *siti, pelvi, tussi, cucumi, vi, Araris*, habet, *Arare*, licet Accusat. *Ararim*.

33. Adiectiva duarum terminationum in *is*, et *er*, quorum neutra in *e* desinunt, faciunt Ablat. in *i* tantum, ut: *fortis, forti, acer, acri, etc.* Apud Poetas nonnunquam necessitate metri exit in *e*, e. g. apud Ovidium: *specie,coeleste*. 15. Metam. *amne,perenne*. 3. Fast. et similia reperiuntur. Huc etiam pertinent Nomina *a*) Gentilia, ut: *Atheniensis*, Ablat. ab *Atheniensi;* unde perperam recentiores nonnulli dicunt ab *Atheniense*, quum propria non sint, sed adiectiva Gentilia. *b*) nomina mensium tertiae declinationis habent *i* in Ablativo, ut: *Aprili; Septembri*, etc.

34. His adde *strigilis*, *mugil*, seu *mugilis*, et *canalis*.

35. et 36. Neutra in *e*, *al*, et *ar*, faciunt Ablat. per *i* tantum, ut: *mare*, a *mari*, *animal* ab *animali*, *calcar*, a *calcari*, Praeter *far*, *hepar*, *iubar*, *nectar*, et *baccar*: item: *Causape, Soracte, Praeneste, Reate*, et cetera locorum propria huius positionis; si tamen huc spectant, sunt enim pleraque Declinationis expertia. Veteres quaedam neutra in *e*, etiam in Ablativo per *e* finivisse videmus: sic Plaut. Rud. Dicunt in *mare* communi captos. Mea opera atque *rete* ibid. Ovid. in Ibim: Et summam Lybico de *mare* carpat aquam.

37. Adiectiva unius terminationis habent in Abl. *e* et *i* simul, ut: *felix*, a *felice*, vel *felici*, *prudens*, a *prudente*, vel *prudenti*, *vetere*, vel *veteri*, *degenere*, vel *degeneri*, *ubere*, vel *uberi*. Sic Luc. I. 4. Si me *degeneri* stravisset, sata sub hoste. Tacit. *degeneri* prece. Curt. I. 3. *Uberi*,

et

et pingui solo. *Arpinas, nostras*, et similia in as contracta frequentius in Ablativo *i* habent.

38. Excipiuntur *a*) *senex*, *puber*, *pauper*, *sospes*, *hospes*, *compos*, *impos*, *bicorpor*, *tricorpor*, et composita a *pes*, *bipes*, *tripes*, etc. habent *e* tantum praeter *quadrupes*, a *quadrupede*, vel *quadrupedi*. Hinc *quadrupedia* in plurali Excipe. *b*) *quae in i tantum desinunt*, *ut*: *artifex*, *memor*, *vigil*, *par*, ab *artifici*, *memori*, *vigili*, *pari*, si adiective summantur, ut: apud Stat I. Achil. *Vigili* aure, et *artifici* pollice. Sed composita *impar*, *compar*, *dispar*, etc. habent *e*, et *i* simul; substantive vero sumpta *e* tantum formant, ut: *artifice*, *vigile*, *pare*, pro socio Ovid. 3. et 4. Fastorum.

39. Participia praesentis desinentia in *NS*. habent *e*, ut: *absente*, *praesente*, *audiente*; sic Imperante FRANCISCO I. non *imperanti*, *DEO volente*, me *praesente*, te *lubente*, non *volenti*, *praesenti*, *lubenti*, qui Abl. consequentiae vocatur. Plaut. tamen dixit: fecisti funus *absenti* me prandio. Men. 3. 2. Quodsi interdum *i* habeant; fere in nomina adiectiva transeunt, ut: *excellenti* virtute. Cic. pro Arch. *gaudenti*, et *libenti* animo ad Att. I. 2. Quod vero attinet ad adiectiva veri nominis. litteris *ns* finita; quamvis *e* in Abl. terminari verius Flaccus docuerit. ut: *sapiente*, *prudente* etc. sunt tamen, quae et *i* habent, ut: *ingenti*, Cic. *Veienti* bello Liv. ex *continenti* Caes. sermone *recenti*. Cic. *Vehementi* incitatione. Idem *diligenti* ratione. Ad Heren. Ingenio *eleganti*. Gellius.

Comparativa nomina saepius in *e* exeunt, ut: *superiore*, *faciliore*, *uberiore*, *leviore*, quamquam et interdum in *i*, ut: *maiori* cum fiducia. Caes. *Posteriori* parte. Plin. *maiori* mole. Quint. Placet nonnullis in femininis *e*, in neutris *i* adhi-

hibere, ut: *longiori* via, *ardentiori* studio. A comparativo *plus* non facile reperies Ablativum; *Charisius* tamen et *Sosipater* antiquus Grammaticus Abl. plure ex Lucilio, Plauto, et Cicerone adducit, ut: *plure* vendunt. Lucil. *plure* altero tanto velim. Plaut. *plure* venit. Cic. apud Charis. 2. qui Ablat. *pluri* formant, putant priscos hic, et haec *pluris*, et hoc *plure* declinasse.

40. et 41. Quaedam Latina, quorum Accusativus tantum in *em*, Abl. habent in *e*, et *i*, ut: *igne*, et *igni*, *imbre*, et *imbri*, *amne*, et amni, *supellectile*, et *supellectili*, et apud Gellium *fine*, et *fini*. Apud Poetas: *ave*, et *avi*, *angue*, *et angui*, *classe*, et *classi*, *vecte* et *vecti*, *ungue*, et *ungui* Addunt *aliqui ove*, et *ovi*, *cive*, et *civi*, *nepte*, et *nepti*, *poste*, et *posti*, *fuste*, et *fusti*, *mugile*, et *mugili*, exemplis tamen haec non satis probant. Sic et ab aliis alicubi Abl. invenitur in *i*, ut: *affinitati* apud Venuleium *assi*, apud Lucilium, *colli*, *labi*, *sordi*, apud Lucretium; *parti*, *sorti*, apud Plautum *orbi*, apud Cic. 5. de Rep. et Varronem l. 3. de R. R. quae tamen tironi haud sunt imitanda, praesertim in prosa. In versu praecipue in fine *i* fuit retentum a Poëtis nonnunquam, qui aurium indicium secuti sunt, ut Prob. monet apud Gellium 13. 19. nam apud priscos nomina in *is* parisyllabica, tum *e*, tum *i* ablativos terminabant teste Varrone 2. de analogia, unde multa a Prisciano, et aliis huius generis commemorantur. *Lacedaemoni* apud Corn. Nep. praef. et apud Liv. XXVIII. 26. *Carthagini*, pro Carthagine reperitur.

41. *Victrix*, et *Ultrix* adiective sumpta, habent in Abl. *e* et *i* simul, ut: *victrice*, vel *victrici*, *ultrice*, vel *ultrici*. Sed substantivo sumpta *e* tantum faciunt, sicut *nutrice*, *obste-*

tri-

trice. Ablativum *ruri* et *rure* differre nonnulli; terminarique per *e* ad quaestionem *unde?* per *i* vero ad quaestionem *ubi?* melius adserunt: verum utriusque apud probatos Auctores exstant exempla, sic ad quaestionem ubi per *i*, Terent. Abl. I. 1. 20. *ruri* agere vitam, *ruri* habitare. Cic. Off. III. 34. per *e*, *rure* dapes parat. Ovid. Fast. VI 671. Nauigaris *rure* paterno. Hor. Ep. I. 18. 16. ad quaest. *unde?* *rure* huc advenit Terent. Haec I. 2. 115. veniunt *ruri* rustici. Plaut. Most. V. I. 28. si *ruri* veniet. Idem Truc. III. 2. 25. *Tridens*, *tridente*, vel *tridenti*. Spumas vomit pinus, (i. e. navis) aere *tridenti*, Val. Fl. I. 689. *subs.* pulsa *tridente* palus. Propert. II. 26. 48.

43. 44. et 45. Substantiva in *is*, quae adiectivis similia sunt, faciunt fere Abl. per *i* tantum ut: *aedili*, *anali*, *natali*, *sodali*, *familiari*, *populari*, *rivali*, *bipenni*, *triremi*, *quadriremi*, *contubernali*, *molari*, etsi apud Poëtas quaedam interdum inveniuntur per *e*, ut annotat Charisius a *natale*. apud Lucan. / a *trireme* apud Caesarem etc. non temere tamen sunt imitanda, quatenus adiectiva sunt. Quando autem substantive capiuntur, aut in propria migrant, *e* terminantur ut: *Felix*, *felice*, *Clemens*, *Clemente*, *Martialis*, *Martiale*. *Iuvenalis*, *Iuvenale*. *Volucris*, et *rudis* cum sunt substantiva, per *e* terminantur; ut: Hor. ep. 1. donatum iam *rude*. Adiective itaque dixeris: *volucri* sagitta, et homine *rudi*: substantive autem a *volucre* comestus, et *rude* donare.

NOMINATIVUS PLURALIS.

46. Rectus pluralis cupit, *es*, sic flecte *parentes*.
47. Semper *a* neutra volunt, si sextus donat *e* tantum;

48.

48. Ast *ia* queis *e* vel *i*; sic vectigalia dices.
49. Deme gradum medium, ut *maiora*, et *plura*, *vetusque*.

---

46. Nominativus, Accusativus, et Vocativus pluralis masculinorum, et faemininorum exit in *es*: ut: sermones. Antiqua dipthongus *ei* invenitur in Accasativis masculinorum et faemininorum, quorum Genitivi Nominativis sunt similes, ut: *omneis*, *salubreis*, *paneis*; quo referuntur, et *imbreis*, *Decembreis*, *palustreis*, *complureis*, etc. Aut quornm Nominativi in duas consonantes desinunt, ut: *ars*, *pars*, *mons*, *fons*; *arteis*, *parteis* *etc.* Quia veteres, imprimis Poëtae, et in *is* terminabant Nominativos, et Accusativos plurales, ut *omnis*, *urbis*, *montis*. Virg. I. Georg. *Urbisne* invisere Caesar. Uter alteri praeferendus, indicabunt aures. Vide Gell. I. 13. c. 19. Varro. I. 7. *de* R. R.

47. et 48. Neutra in Nominativo, Accus. et Vocativo in *a* terminantur, si Abl. in *e* tantum exit, ut *Tempora*; si vero in *i* solum, aut in e, vel *i* simul terminetur, in ia desinent, ut *vectigalia*, *ingentia*, *fortia*, *felicia*.

49. Praeter Comparativa; item *vetus*, *plus*, quae in *a* exeunt, ut *maiora*, *vetera*, *plura*, et antique *pluria* Lucr. I. 5, cuius sint *pluria* mixta. Terent. Phorm. Act. 4 Nova hic *compluria*. Vide Gell. L. 5. c. 14. *Aplustre*, *aplustria*, et *aplustra* facit. Composita a *corpus*, *bicorpor*, *tricorpor*, habent *a* tantum; *bicorpora*, *tricorpora*; nisi placet *bicorpora*, et *tricorpora* esse non a *bicorpor*, et *tricorpor*, (priori Tullius in Tuscul. altero usus est Maro) verum ab antiquis *bicorporus*, *tricorporus*, quomodo Lucr. I. 5, *tripectorus*, usurpat, pro *tripector*.

GENITIVUS PLURALIS.

50. Pluralis patrius facit *um*, sic flectito *florum*.
51. Contra in *ium*: quibus *i* postrema est syllaba sexti;
52. Aut *e* vel *i*; praeter *vetus*, et *memor*, *uber*, *inopsque*.
53. Degener, et *celer*, et *dives*, *suplexque*, *parensque*.
54. Cum gradibus mediis; sed *ium*, *plus*, *pluris* habebit.
55. *Es*, et *is* optat *ium*, patrio; et parisyllaba recto.
56. *Um*, retinent: *vates*, *panis*, *iuvenisque*; *canisque*.
57. Nomina *ium faciunt*, quae duplex consona finit,
58. Ut: *mons*, *urbs*, superadde *uter*, *sanguis-que cohorsque*.
59. Et *linter*, *dos*, *cos*, *faux*, *vas*, *caro*, *venter*, et *alpes*.
60. Et *glis*, *lis*, *as*, *mas*, *nix*, *nox*, *os*, *lar*, *lariumque*.
61. *Um*, dat, *iumque* simul Genitivus syncopa; et usus.

---

50. Genitivus pluralis tertiae declinationis regulariter in *um* desinit, ut: *sermonum*, *temporum*, *patrum*, *florum*.

51—61. Excipiuntur sextuplicia, quae faciunt *ium*, de quibus sequentes notentur regulae, quae tanto diligentius perdiscendae sunt, quanto plus negotii litteratis etiam haec varietas facit, dubitantibus utra terminatione sit utendum.

1) Quae Ablativum faciunt per *i* tantum, vel *e*, et *i* simul, ut: *animalium*, *calcarium*, *cubilium*, *nutri-*

nutricium, *ultricium*, *felicium* etc. Praeter *vetus*, *veterum*, *memor*, *memorum*, *uber*, *uberum*, *inops*, *inopum*, *degener*, *degenerum*, *celer*, *celerum*, *dives*, *divitum*, *supplex*, *supplicum*, etc. Item comparativa: *maior*, *maiorum*, *melior*, *meliorum*; *plus* tamen facit *plurium et complurium*. His adde adiectiva sequentia: *vigil*, nam *vigilum* facit, etsi *vigili* aure sit apud Statium, *bipes*, *tripes*, *quadrupes*, *compos*, *impos*, *bicorpor*, *tricorpor*, *senex*, composita ex *color*, ut *concolor*, *discolor*, desinentia in *fex*, a *facio*, ut: *pontifex*, *artifex*, *carnifex*, *opifex*. *Not. Marum*, pro *Marium*, *a mare*. Naev. apud Prisc. 7.

2) Nomina in *es*, aut *is* non crescentia in Genitivo singulari, ut: *mensis*, *mensium*, *collis collium*, *sedes*, *sedium* etc. Praeter: *vates*, *vatum*, *panis*, *panum*, *iuvenis*, *iuvenum*, *canis*, *canum*, *volucris*, *volucrum* substantive pro *ave*; *volucrium* adiective, *apis*, *apium* facit, et *apum*. Reliqua usu disces.

3) Substantiva monosyllaba, quae in duas consonantes desinunt; ut: *pars*, *partium*: *trabs*, *trabium*; *urbs*, *urbium*; *mons*, *montium*; *ars*, *artium*; *glans*, *glandium*; *mons*, *montium falx falcium* etc. Excipe *hyems*, *hyemum*; *lynx*, *lyncum* et quae in *bs*, aut *ps*, desinunt, plusquam monosyllaba; ut: *Arabs*, *arabum*; *caelebs*, *caelibum*; *Princeps*, *municeps*, *chalybs*, *manceps*, *anceps*, *forceps*, *Aethiops* etc.

4) In *ium* exeunt, quaecunque litteris, *ns*, finiuntur; ut: *animans*, *animantium*; *serpentium*, *prudentium*, *amantium*, *ingentium*, *adolescentium*, etc. quibus plenis oratores utuntur, Poëtae fere imminutis, ut: *genus omne natantum*. Georg. 3. *Vitaeque volantum*. Aen 5. praesertim quando haec participialia substantive usur-

usurpantur; e. g. In vulgus manant exempla *Regentum.* Ludus septem *sapientum*; responsa *prudentum*, *parens*, *parentum* saepius facit; imprimis apud oratores, quam *parentium*,

5) Monosyllaba pleraque faciunt genit. in *ium*, ut: *as*, *vas*, (vadis) *mas*, *lis*, *glis*, *os*, (ossis) *cos*, *dos*, *mus*. Citatur quidem ex Cicerone 2. de nat. Deorum, *murum*, pro *murium*; sed videtur mendum esse; *faux*, *cor*, *nox*, *nix*, et si quae sunt alia a viris doctis usurpata. Excipe; quae in *um* tantum habent; ut: *ren*, *renum*; *splen*, *fur*, *pes*, *flos*, *mos*, *crus*, *grus*, *nux*, *sus*, *frux*, *rex*, *grex*, *lex*, *strix*, *vox*, *dux*, *bos*, *boum*; *Phryx*, *Thrax*, *laus*, *fraus*; invenitur tamen apud Sidon. Carm. XXIII. 31. *laudium*, et apud Cic. offic. fraudium. A sequentibus vero monosyllabis: *os* (oris) *aes*, *crux*, *fax*, *faex*, *nex*, *fel*, *mel*, *pax*, *pix*, *lux*, *glos*, *sol*, *pus*, *ros*, *rus*, et *plebs* raro Genitiv. pluralis formatur. Plebium tamen dixit Prudentius, Peristeph. de Romano 709. *Crucium* Tertull. Apolog. a *fax*, *facum*, *faex*, *faecum*. Genit. plur. format Charisius. 1.

6) Assis partes, et haec nomina, *caro*, *linter*, *venter*, *uter*; item pluralia, ut: *vires*, *virium*, *manes*, *manium*, *sales*, *salium*, *alpes*, *alpium*, neutra pluralia, in *ia*, ut: *moenia*, *sponsalia*, *Bacchanalia*. etc. nonnulla tamen *um* faciunt, ut: *ambages*, *opes*, *coelites*, *proceres*, *primores*, *Luceres*, *lemures*, *Celeres*; *opum*, *coalitum*, *procerum*, etc. Inveniuntur etiam Genit. *Civitatium*, *paludium*, *fornacium* etc. multa enim per *ium* fuerunt apud veteres declinata, quae alias *um* facimus; inde Prisc I. 7. *Civitatum*, pro *Civitatium*, per Syncopen dici putat; sic *aestatium*, *servitatium*, *voluntatium*, *facultatium*, *hereditatium*. Vide Auson. Pomp. antiq. I. 1. c. 9.

No-

Nota.

a) Multa horum syncopen patiuntur, extruso I. ut: *Coelestum*, Aen. 7. *Arpinatum*. Cic. I. 13. ep. 13. *Cladum*, *caedum*; apud Silium I. 4. *volucrum* equorum; apud Ov. *Viridum* donorum; apud Stat. Peculiare est: *Macedum*, pro *Macedonum*. Luc. I. 10. Imo in quibusdam nominibus; praesertim in *ns* desinentibus, Genit: abiecto *i* per syncopen usitatior est; ut: *adolescentum*, *bidentum*; *infantum*; *parentum*, *serpentum* etc. quam *adolescentium* etc. Plura de syncope omnium fere Declinationum infra.

Contra, *alituum*, pro *alitum*; *coelituum*; pro *coelitum*, per epenthesim; seu adiectionem litterae, vel syllabae, in medio dictionis saepe occurrit.

b) Festorum nomina aliquot duplices Genitivos habent; unum regularem in *ium* in tertia; alterum irregularem in *orum* in secunda; ut: *Saturnalia*, *Saturnalium*; et *Saturnaliorum*; *Bacchanalia*, *lium*, et *liorum*; etc. vide Macrob. I. Sat. 4. Interim tamen observetur, quid usus probet. Nam *Feralium*, *Floralium*, et *Liberalium*, facilius usus recepit; quam *Feraliorum*, *Floraliorum*; *Liberaliorum*, etc. Atque omnino Genitivos in *orum*. Valla in Dialogo contra Poggium improbat, quod a veteribus Latini, non habeant auctoritatem; *sponsaliorum*, et *vectigaliorum*, est apud Svet. Aug. Cave tamen horum imitatione dicere *Paschaliorum*, pro *Paschalium*; *pentecostaliorum*, pro *Pentecostalium*. etc.

Referunt huc aliqui et *Ancilium*, *Anciliorum*; *Exemplarium*, *Exemplariorum*; verum sunt a diversis Nominativis. In tertia; *ancile*, *exemplar*; *ancilium*, *exemplarium*: ita secunda *ancilium*, *exemplarium* (quo Plinius utitur) *anciliorum*, *exemplariorum*.

DATIVUS, et ABLATIVUS PLURALIS.

62. Tertius est in *ibus*, Bôbus, seu dicito *bubus*.

62. Dativus pluralis, cui et Ablativus similis est, exit in *ibus*, ut: *sermonibus*, *bos* tamen *bobus*, aut *bubus* facit. Pro *suibus* exstat *subus* apud Varr. l. 1. de R. R. et Lucr. l. 6. setigeris *subus* acre venenum est.

Quidam recentiores, dicunt: *insigniis*, et *insignibus*; *solenniis*, et *solennibus*; ut et in genit. *insignium*, et *insigniorum*; *solennium*, et *solenniorum*; sed sine auctoritate classica; ideoque non imitandi, sed retinendum *insignium*, *insignibus*; *solennium*, *solennibus*; sunt enim a Nominativis: *insigne*, *solenne*.

DE QUARTA DECLINATIONE.

SCHEMA.

Singulariter.			*Pluraliter.*		
Hic,	*Haec*,	*Hoc.*	*Hi*,	*Hae*,	*Haec.*
Nomin.	us.	u.	Nom.	us.	a.
Genit.	us.	u.	Genit.	uum.	uum.
Dativ.	ui.	u.	Dativ.	ibus, quaed. ubus.	
Accusat.	um.	u.	Accus.	us.	a.
Vocat.	us.	u.	Vocat.	us.	a.
Ablat.	u.	u.	Ablat.	ibus, quaed. ubus.	

PARADIGMA I.

Numero Singulari.

N. Hic Sensus. *Ez az értelem.* Der Sinn. Tento smysl. Ovo csutenje. *Ovo chutenye.*

G.

G. huius Sens-us. *Ezé az értelemé.* Des Sinnes. Tohoto smyslu. Ovoga csutenja. *Ovoga chutenya.*

D. huic Sens-ui. *Ennek az értelemnek.* Dem Sinne. Tomuto smyslu. Ovomu csutenju. *Ovomu chutenyu.*

A. hunc Sens-um. *Ezt az értelmet.* Den Sinn. Tento smysl. Ovo csutenje. *Ovo chutenye.*

V. o Sens-us. *O értelem.* O du Sinn. O smysl. O csutenje. *O chutenye.*

A. ab hoc Sens-u. *Ettől az értelemtől.* Von dem Sinne. Od tohoto smyslu. Od ovoga csutenja. *Od ovoga chutenya.*

Numero Plurali.

N. Hi Sens-us. *Ezek az értelmek.* Die Sinne. Tyto smyslowe. Ova csutenja. *Ova chutenya.*

G. horum Sens-uum. *Ezeké az értelmeké.* Der Sinnen. Timto smyslum. Oviuh csutenjah. *Oveh chuteny.*

D. his Sens-ibus. *Ezeknek az értelmeknek.* Den Sinnen. Timto smyslum. Ovima csutenjima. *Ovem chutenyam.*

A. hos Sens-us. *Ezeket az értelmeket.* Die Sinne. Tyto smysly. Ova csutenja. *Ova chutenya.*

V. o Sens-us. *O értelmek.* O ihr Sinne. O smyslowe. O csutenja. *O chutenya.*

A. ab his Sens-ibus. *Ezektől az értelmektől* Von den Sinnen. Od tichto smysluw. Od oviuh csutenjah. *Od oveh chuteny.*

PARADIGMA II.

Numero Singulari.

N. Hoc Genu. *Ez a' Térd.* Das Knie. Toto Koleno. Ovo Kolino. *Ovo Koleno.*
G. huius Genu. *Ezé a' térdé.* Des Knies. Tohoto Kolena. Ovoga Kolina. *Ovoga Kolena.*
D. huic Genu. *Ennek a' térdnek.* Dem Knie. Tomuto Kolnue. Ovomu Kolinu. *Ovomu Kolenu.*
A. hoc Genu. *Ezt a térdet.* Das Knie. Toto Koleno. Ovo Kolino. *Ovo Koleno.*
V. o Genu. *o térd.* O du Knie. O koleno. O Kolino. *O Koleno.*
A. ab hoc Genu. *Ettől a' térdtől.* Von dem Knie. Od tohoto kolena. Od ovoga Kolina. *Od ovoga Kolena.*

Numero Plurali.

N. Haec Gen-ua. *Ezek a' térdek.* Die Knie. Teto kolena. Ova Kolina. *Ova Kolena.*
G. horum Genu-um. *Ezeké a' térdeké.* Der Knie. Téchto kolén. Oviuh Kolinah. *Oveh Kolen.*
D. his Gen-ibus. *Ezeknek a' térdeknek.* Den Knien. Timto kolenám. Ovima Kolinama. *Ovem Kolenam.*
A. haec Gen-ua. *Ezeket a' térdeket.* Die Knie. Této kolená. Ova Kolina. *Ova Kolena.*
V. o Gen-ua. *o térdek.* O ihr Knie. O kolená. O Kolina. *O Kolena.*
A. ab his Gen-ibus. *Ezektől a' térdektől.* Von den Knien. Od tichto Kolen. Od oviuh Kolinah. *Od oveh Kolen.*

REGULAE.

De Singulari.

73. Quarta dat *us*, dat et *u*; donec plurale videbis,
64. *U* non mutabis; sed *ui* sibi tertius optat,
65.

65. *Um* quartus: Recto par quintus, sextus in *u* fit.
66. Primus pluralis, quartus quintusque per *us* fit.
67. Dant *ua*, neutra per *u*, tonitru, cornuque genuque.
68. Patrius optat *uum*. Cum terno sextus *ibus* dat.
69. Arcus, ubus, specus, atque *lacus*, *partusque*, *veruque*,
70. Verum quaestus *ibus*, vel *ubus*, portusque *requirit*.

De Genitivo singulari IV. Declinationis.

Genitivus singularis quartae Decl. exit in *us* syllabam, ut *senatus*, *anus*, vel in *u*, a rectis in *u*, ut: *cornu*, *veru*. In *u* desinentia per totum singularem sunt indeclinabilia. Plinius tamen *cervini cornus* dixit aliquoties; Sic Lucan. l. 7. *cornus* tibi cura sinistri. Celsus: Cervini *cornus* combusti, quasi a recto *cornus*, Prisci dicebant in Genitivo *senatuis* pro *senatus*, *anuis*, *domuis*, *fluctuis*, ut Terent. Heaut. 23. Eius *anuis* caussa, sic *victuis*, *graduis*, et similia apud Varronem: atque hinc sunt Grammatici, qui putent Declinationem quartam fere totam esse ortam per contractionem ex tertia hunc e. g. in modum: N. *Fructus* G. *Fructuis*, contr. *fructus*. D. *Fructui*, contr. *Fructu*. A. *Fructuem*, contr. *fructum* V. *Fructus*. A. *Fructus*, contr. *fructu*. Plur. Nom. *fructues* contr. *fructus* G. *fructuum* (raro *um* contrahitur) Dat. *fructibus*. Acc. *fructues* cont. *fructus*. Voc. *fructues*. contr. *fructus* Abl. *fructibus*. Inde fit, qod nomina quartae Decl. *us* syllaba terminata in Gen. singulari, aut in Nom. Acc. et Voc. plurali, uti in Prosodia videbimus, producantur; syllabae enim

uis

uis, et *ues*, in unam *us* per crasim coaluerunt, quae propterea longae sunt.

Iidem veteres multa quartae in *tus* in secunda declinarunt, ut *senati*, *ornati*, *tumulti*, *gemiti* etc. Terent. Andr. act. 2. nil *ornati*, nil *tumulti*, et vicissim quaedam secundae in quarta declinabant: *lectus*, pro *lecti*; *succus*, pro *succi*: sic *hymnu*, *somnu*, *sonu*, *susurru*: pro *hymno*, *somno*, *sono*, *susurro*, quae notanda quidem, sed non imitanda. Aliqua nomina et hodie ad normam secundae, et quartae Decl. flectuntur; e. g. *laurus*, *ficus*, *pinus* habent Genit. in *us*, et *i*. Ad haec refertur *domus*, quod partim secundae, partim quartae declin. terminationes assumit; ut: N. *domus*. G. *domi*, et *domus*; D. *domui*, et *domo*. Acc. *domum*. V. *domus*. Abl. *domo*, etiam, *domu*. Plaut Mil. II. 1. 48. Plur. N. *domus*, G. *domorum*, et *domuum* D. *domibus*. Acc. *domus*, et *domos*. V. *domus*. Abl. *domibus*. *Nota*. Gen. *domi*, ad interrogationem *ubi?* poni; ut: sum domi; Gen. vero *domus*, vel a substantivo, e. g. ad quaestionem: *cuius*, vel ab adiectivo, vel ab alia aliqua voce regi: e. g. sum possessor *domus*; sum cupidus *domus* emendae etc. hic domi non recte ponetur. Exstat tamen *domi*, pro *domus*. Terent. Eun. IIII. 7. 45. *domi*, *focique*, fac ut memineris. Item Plaut. Trin. IIII. 3. 20. commeminit *domi*.

De Dativo.

Dativus in *ui* exit; ut: *senatui*, *anui*: priscis seculis, etiam in *u* exibat. Aen. 1. Parce *metu* Cytherea Georg. 4. Aliae *victu* invigilant Prop. I. 2. Tantalea poterit tradere poma *manu*. Caesar in libris analog. semper vult Dativum per *u* efferri, ut refert Gellius 4. 15.

Ao-

Accusativus in *um* desinit; ut: *sensum.*
Vocativus similis Nominativo, ut o sensus!
Ablativus in *u* terminatur.

Nominativus pluralis in *us,* et *a,* si neutra sunt. *Genitivus* in *uum.* Hic aliquando fit syncope, ut *currum,* pro *curruum,* 6. Aen. et Mart. l. 2. sed duo sunt, quae non distinguunt millia *passum,* pro *passuum;* nisi quis malit in his potius esse synaeresim, ut alio loco dicemus, quam syncopen.

De Dativo, et Ablativo Plurali.

Dativus, et Ablativus quartae Declinationis regulariter desinit in *ibus,* ut: *sensus, sensibus; fructus, fructibus.*

Exceptiones.

Quaedam nomina substantiva, praesertim in *cus,* et *tus* desinentia; ut: *arcus, artus, lacus, partus, specus, tribus,* in *ubus* exeunt; ut: *arcubus, artubus* etc. quibus addunt multi: *acus, quercus, ficus,* et *veru,* sed Vossius auctoritatem desiderat, quum pro *verubus* apud Virg. Aen. I. Charisius legat *veribus.* Certe Diomedes, Priscianus, et alii veteres Grammatici inter nomina in *ubus* desinentia *veru* non numerant. Ov. Fast. II. 263. *verubus* salignis. Plin. H. N. XXX. Stellio in *verubus* ligneis inassatur. *Acubus* exstat apud Cels. VII. 16. A. *ficus,* nec *ficubus,* nec *ficibus* dici vult Nebrissensis; sed *ficis* ex secunda assumi. *Portibus,* et *portubus* promiscue utuntur Cicero, Caesar, et alii. *Questus,* pro *querela* a *queror,* habet *questibus,* usitatius, quam *questubus: quaestus* a *quaero, quaestibus* facit Valla 3, 12. Pomponius laetus tradit: *genibus,* et *genubus, cornibus, specibus,* et *specubus;* recte d i c i, sed in his

etiam

etiam auctoritatem desideramus. *Pecu* apud Plautum exstat: *pecua* apud Prudentium; *pecubus* apud Lucretium.

DE
QUINTA DECLINATIONE SCHEMA.

Singulariter.		*Pluraliter.*	
Nomin.	Es.	Nomin.	es.
Genit.	ei.	Genit.	erum.
Dat.	ei.	Dat.	ebus.
Accus	em.	Acc.	es.
Voc	es.	Voc.	es.
Ablat.	e	Ablat.	ebus.

PARADIGMA.

Numero Singulari.

N. Hic vel haec Dies. *Ez a' Nap.* Der Tag. Tento Den. Ovaj Dan. *Ov Den.*

G. huius Di-ei. *Ezé a napé.* Des Tages. Tohoto dne. Ovoga Dana vel dneva. *Ovoga dneva.*

D. huic Di ei. *Ennek a' napnak.* Dem Tage. Tomuto dni. Ovomu Danu vel dnevu. *Ovomu dnevu.*

A. hunc *vel* hanc Di-em. *Ezt a' napot.* Dem Tage. Tento den. Ovoga Dana v. dneva. *Ovoga dneva.*

V. o Di-es. *o nap.* O du Tag. O den. O Dan. *O den.*

A. ab hoc *vel* hac Die. *Ettöl a' naptól.* Von dem Tage. Od tohoto dne. Od ovoga Dana. v. dneva. *Od ovoga dneva.*

Nu-

Numero Plurali.

N. Hi vel hae Dies. *Ezek a' napok.* Die Tage. Тyto дni. Ovi Dani, v. dnevi. *Ovi dnevi.*

G. horum *vel* harum Di-erum. *Ezeké a' napoké.* Der Tage. Тichto дnůw, Oviuh Danah, v. dnevah. *Oveh dnevov.*

D. his Di-ebus. *Ezeknek a' napoknak.* Den Tagen. Тimto дnům. Ovima dangm v. dnevom. *Ovem. dnevom.*

A. hos *vel* has Di-es. *Ezeket a' napokat.* Der Tage. Тýto дni. Ove Dane, v. dneve. *Ove dneve.*

V. o Di-es. *O napok.* O ihr Tage. O дni. O dani v. dnevi. *O dnevi.*

A. ab his Di-ebus. *Ezektől a' napoktól.* Von den Tagen. Од tichto дnůw. Od oviuh Danah, v. dnevah. *Od oveh dnevov.*

REGULAE.

De Singulari.

71. Quintae rectus in *es*, ut spes, genitivus in *ei*.
72. Se format, vel in *e*. Requies vult *etis*, et *ei*.
73. Tertius est similis Patrio: sed quartus in *em* fit.
74. Est primo quintus similis, sed *e* sextus habebit.

De Plurali.

75. Primus cum quarto, et quinto, pluraliter *es* dant:
76. *Erum* vult Patrius: cum sexto tertius *ebus*.

71—76. Quinta Declinatio est, quae unam continet terminatinem in *es*; Genitivum vero, et Dativum facit in *ei* divisas syllabas; ut: *dies*, *di-ei*; *res*, *re-i*; *fides*, *fid-ei*.

Ap-

Appendix.

1. Genitivus singularis in *ei* apud veteres in *es, ii*, vel *e* desinebat; ut *dies*. G. huius *diei*, vel *dies*, *die*, et *dii*.

a) In *es* Virg. 1. Georg. Libra *dies*, somnique pares, ubi fecerit horas; ubi tamen alii legunt die, vel dii: Gellius tamen longe diversum testatur, qui, 9. 14. scribit in codice manu ipsius Virgilii scripto, *dies* non contractum *dies* fuisse, aut, ut Prisc. legit *die*. Allegat et exemplum Ciceronis pro Sestio, multorum Codicum consensu comprobatum: Equites daturos illius *dies* poenas.

b) In *e*, Ovid. Met. 2. Prima *fide*, vocisque ratae, tentamina sumsit. Planc. Cic. l. 10. ep. 17. quo obside *fide* illius, et societatis, id est: fidei. Sallust. in Iug. vix decima parte *die* reliqua; id est, *diei*, vid. Gell. 1. 9. C. 14.

c) In *ii*, Aen. I. Munera, laetitiamque *dii*, hoc est: *diei*, reprehendit Gellius eos, qui legerant *die*, quum ab ipso Virge *di*. scriptum fuerit; adducitque Catonis, Lucilii, Pacuvii, Cn. Martii exempla: in quibus *fami*, *pernicii*, *progenii*, *acii*, pro *famei*, *perniciei*, *progeniei* etc. dictum fuit. Et ex Cic. pro Sexto Roscio adducit: quorum nihil pernicii caussa factum putamus.

Requies habet Gen. *etis* et *ei*, e. g. ut tantum requietis habeam. Cic. Att. I. 18. ad requietem animi delectationemque Cic. leg. II. 1. Ad requiem animi, et corporis. Idem Arch. 6.

Dativum quoque num. sing. in *ei* desinentem antiqui per *e* efferebant, ut Lucil. I. 7. Aetati *facieque* tuae pro *faciei* Horat. 1. Sat. 3. Prodiderit commissa *fide*, pro *fidei*.

Ceteri casus non variant in hac Declinatione a paradigmate usitato; sed pleraque huius declinationis nomina carent plurali; praeter *acies*,

fa-

facies, *dies*, *res*, *spes*, *species*, *superficies*, et *progenies* apud Senec. ad Polyb. 30. Casus vero interrogandi, dandi sextusque multitudinis praeter *rerum*, *rebus*, *dierum*, *diebus*, *inusitati* sunt. Cicero in Top. non est ausus *specierum*, aut *speciebus* dicere, non tamen negat posse latine dici: praetulit, *formarum*, et *formis*, praeterea *facierum* habet Cato apud Prisc. 7. *Spebus* Sulpic. Sev, Dial. III. 10. Sidon. Epist. I. 9. denique *superficiebus* Pandect. XLIII. tit. 18.

Nota. Olim quaedam, quae nunc sunt tertiae Declinationi, in quintadeclinabantur. ut *fames*, *famis*, *fames*, *famei*, vel *fame*, *plebs*, *plebis*, *plebes*, *plebei*, qui Genitivus frequens est apud Liv. sic L. 3. ab U. C. Fusa, ac fugata plebes est. Et ibid. Quos hodie tribunos *plebei* feceritis.

Syncope.

77. Pluralem Patrium decurtat syncopa graeca.
78. Pro *veprium veprum* dices, cum carmina panges.

Omnium ferme declinationum interrogandi casus multitudinis interdum, praesertim a Poetis minuuntur, quam imminutionem Graeci vocant *Syncopen*.

Primae.

Coelicolum, *Aeneadum* etc. pro *Coelicolarum*, *Aeneadarum* etc. qua in compositis nominibus, et Patronymicis utimur.

Secundae.

Liberum, *numum*, *denarium*, *talentum*, *sestertium*, *fabrum*, *socium*, *Deum*, *modium*, pro *Liberorum*, *numorum*, etc. Et in adiectivis, *meum*, *magnanimum*, *quinum*, *senum*, *denum*, pro *meorum* etc. *Adversarium*, pro *Adversario-*

riorum. Terent. Heaut. *siculum*, pro *siculorum* Lucr. I. 6. Plura exempla vide apud Cic. in Orat. ubi de ea re late.

Tertiae.

Cladum, *veprum*, *caedum* etc. pro *cladium*, *veprium*, *caedium* etc. quae non facile apud Oratores inveniuntur. In nonnullis tamen nominibus Genitivi, tum pleni tum imminuti sunt usitati etiam apud Oratores, uti; *apium*, et *apum*, *serpentium*, et *serpentum*, *Quiritium*, et *Quiritum*, *optimatium*, et *optimatum*, *locupletium*, et *locupletum* (ut supra in Not. de Genit. III. Decl. Atque hactenus de analogis.

DE
NOMINIBUS ANOMALIS.

Anomala, sive *inaequalia* vocantur, quae aut *numero*, aut *genere*, aut *declinatione*, aut *casu*, aut alio aliquo *attributo* deficiunt.

ANOMALA (s. Defectiva.)

I. NUMERO.

A) in genere.

79. Propria vix unquam numero flectenda secundo,
80. Ni careant primo; ni plures nominis extent
81. Eiusdem: ni sint Apellativa, minorque.
82. In primo numero gravitas, aut Emphasis adsit.
83. His iunges liquida, et frumenta, metalla, legumen,
84. Cum minerali, herbas, et aromata, quaeque vel ulnis
85. Vel libra venduntur; at hordea, balsama demes,
86. Vina, crocos, electra, sales, orichalca, lupinos,

87.

87. Aera, fabas, et tura, pices, zizania, ceras,
88. Farraque cum pisis et mella, papavera avenas,
89. Rutas, malvas, musta: usus te plura docebit.

---

79 — 89. Nomina Propria quarumcumque rerum carent numero Plurali; ut *Adamus, Eva, Iulius, Lucretia, Hungaria, Buda, Danubius, Bucephalus, Lycisca, Orcus* etc. Praeter Propria quaedam urbium pluralia; ut *Athenae, Parisii, Venetiae, Treviri*; praeterea possunt etiam Propria in plurali usurpari; quando vel plures eiusdem nominis significantur, et figurate, vel appellative accipiuntur; ut quamvis cecidere trecenti non omnes *Fabios* abstulit una dies. Ovid. Et multos illis *Hectoras* esse puta; id est viros fortes. Ovid. Non possumus esse omnes *Cicerones*, aut *Virgilii*, i. e. praestantissimi Oratores, aut Poetae Sint. *Maecenates* non deerunt Flacce *Marones*. *Mart.* ad Flac. l. 8. c. 53. Plurali praeterea carent:

a) Nomina Liquidorum, ut: *Cerevisia, oleum, acetum, butyrum* etc. Vinum integrum est utroque numero. Poetae etiam *mella, tura, mulsa, mustas, pices, ceras* etc. dicunt, et medicis *olea* usitatissimum est.

b) Frumentorum, leguminum, et seminum, ut: *triticum, siligo, panicum, millium, ervum, vicia, oryza, cuminum* etc. Poetae tamen dicunt: *hordea, farra, avenas, papavera*, sic *pisa, fabae, lupini, lentes, ciceres* etc. inveniuntur, quando de Individuis, seu granis accipiuntur.

c) Metallorum, ut: *aurum, argentum; plumbum, cuprum, stannum, ferrum* etc. Apud Poetas tamen propter metri necessitatem leguntur: *aerea, electra, orichalca*. Lucr. 2. pulsabant *aeribus, aera*, Horat. quid distent aera lu-

lupinis. Imo et Cato apud Festum dixit: *aeribus equestribus*, et *aerum equestrium.*

d) Minerálium, uti *sulphur*, *nitrum* etc. sal integrum est, quacunque significatione.

e) Aromatum, ut: *piper*, *zingiber*, *cinnamomum* etc.

f. Herbarum, ut: *cordum*, *apium*, *salvia* Invenies tamen *crocos*, *absinthia*, *foena*: ideoque semper ad usum auctorum respicies, flores autem, et arborum fructus integre declinantur, ut *viola*, *lilium*, *rosa*, *pyrum*, *malum*, *glans*. etc.

ANOMALA (s. Defectiva) NUMERO.

B) *in specie.*

1) *Masculina singularia tantum, aut raro pluralia.*

90. Mascula plurali quaedam spoliata leguntur:
91. Nempe fimus, sanguis, pudor, aër, portus, aether,
92. Hesperus, et Cestus, limus, sopor, addito nemo.
93. Et vesper, muscus, viscus, prolesque diei. (*i. e. meridies.*)

---

90 — 93. Adductis nominibus adnumerant nonnulli adhuc sequentia, *fumus*, *ros*, *pulvis*, *sol*, *mundus* etc. sed haec nonnunquam leguntur etiam in plurali; sic *sol*, et *mundus*, quando, ut unica corpora considerantur, utique singularia tantum sunt, sed propter opinionem aliquorum, qui plures, quam unum mundum finxerunt, aut parelia pro veris corporibus solaribus acceperunt, *soles*, et *mundi* in plurali dicuntur sic Virg. 3. Georg. Quid tantum Oceano properent se condere *soles*. Liv. duos *soles* visos ait; de-

nique *soles* pro aestu, et pro diebus in plurali usitatum est. *Rores* legimus apud Virg. et Horat. *roribus* apud Columell. et Plin. *Pulveres* dixit Horat. *Cestus* pro ornamento muliebri scribitur una vocali, et caret plurali: *Caestus* pugilum scribitur per diphtongum, et habet pluralem. Legimus etiam *aëres*, *aëribus*, *sanquines*, *sanquinibus* in sacris bibliis, et apud Ecclesiasticos scriptoes ad exprimendas hebraici textus emphases. *Muscus* occurrit etiam in Pl. apud Script. Hist. Nar. Appulleius habet: herbis, et *muscis*.

2. *Feminina singularia tantum, aut raro pluralia.*

94. Posteriore carent numero muliebria: bilis
95. Fama, lues, pituita, fames, fuga, gloria, tellus,
96. Alvus, humus, sitis, atque salus, plebs, talio, pubes,
97. Lux, cholera, et tabes, et pleraque nomina quintae.
98. Quaeque aliquod vitium, aut virtutem nomina signant.

94—98. Praeter recensita faeminina singularia, plura adhuc adduci solent, quae raro in numero plurali occurrunt; e. g. nomina artium: *Grammatica*, *Rhetorica*, *Arithmetica* etc. Nomina aetatum, ut: *infantia*, *pueritia*, *adolescentia*, *iuventus*, *senectus*, *senecta*, *senium*. Abstracta quaedam, ut: *egestas*, *paupertas*, *pax*, *quies*, *vita*, *mors*, *labes*, *pestis*, *memoria* etc. Verum ex enumeratis nominibus sunt aliqua, quae, etsi rarius, in numero etiam plurali inveniuntur. Ita Seneca I. 20. ca. 115. habet: ingentes *famas*. Plaut. Mil. I. *Gloriarum* plenus. Varro testante Nonio *paupertates*, Plinius *biles* dixit. Quas conscientiae *labes* Cic. 3. off. Gellius habet. *Taliones*, *talionum*, Columella: in morbis, ac

pe-

pestibus; Luces, et *lucibus*, pro diebus legitur apud Ovidium: Post septem *luces* Iunius actus erit. Nomina virtutum, et vitiorum sunt quidem tantum singularia, ut: *iustitia*, *iniustitia*; *pietas*; *impietas*; *sapientia*, *insania*; *castitas*; etc. Ciceronis est: omnes omnium *caritates*; et domesticae *fortitudines*.

3) *Neutra singularia, aut raro pluralia.*

99. Ver, pelagus, barathrum, viscum, nihilumque penumque.
100. Lethum, iustitium, fel, coenum, vulgus, et aevum;
101. Manna, solum, virus, gluten, callumque; lutumque
102. Adde gelu, tabum, solium, pus, fasque nefasque.

99—112 His accedunt, *salum*, *iubar*, *hepar*, *fascinum*, *odor*, *chaos*, *diluculum*, *sebum*; *spinter* quoque non facile in plurali invenitur. A. *Penus*, *penora* plur, apud Columellam, et Festum invenitur. Omnibus aevis apud Ovid. et Plin. a. *solum* plur, *sola*, Cicero, et Poetae, passim. Virg. 1. Georg. Tibull. 1. 5. Plana *sola* Lucr. 1. 2. *sola* terrae succensa.

4) *Masculina pluralia, aut raro singularia.*

103. Mascula sunt quaedam numero contenta secundo.
104. Liberi, et annales, natales, atque penates,
105. Manes, et Lemures, fasti, proceresque Laresque,
106. Antes, Cancelli, loculi, quibus addito ludos.
107. Et propria: ut Gabii, Locri, Veii, atque Philippi.

103—106. His addi possunt: *pugillares*, *coelites*, *primores*, *inferi*, *maiores*, *minores*, *gemi-*

mini, *sales*, *fines* pro termino regionis, *casses*, *artus* etc. Plura usus docebit; quamquam et ex allatis nonnunquam in singulari aliqua occurrant. Ovid. *metam*: Quoque colens magis Genitrix ait: En ego liber ille ferox tacui. Quint. decl. 2. *liberi* et parentis est Cic. Att. 12. 22. in suo *Annali*. *Natalis* pro genere nascendique conditione, dicitur in plurali, nam pro die natali usitatum est in singulari: *Lemurem* est apud Appul. Coelite apud Ovid. *Geminus*, apud Plaut. *Lar*, apud eundem. *Procerem* apud Iuv. Sat. 8 Agnosco Procerem. Legitur *primore* aspectu, Marte, digito, sed in istis exemplis adiective ponitur, substantivum est plurale tantum. *Fasces* pro magistratuum insignibus in plur. alias pro collectione, vel sarcina, singulare etiam est. Virg. Ecl. 9. Ego hoc te *Fasce* levabo, sic uno *fasce* complecti Plin. ep. Senec. Agam dixit: Aper *casse* vinctus, sed plurale, usitatius est. *Ludi* pro spectaculis in pl. *Lumbus* in sing. legitur ad Mart. Plin. sed *lumbi* multo est usitatius; *superi*, *inferi* subintellige Dii: *gemini* subintellige *fratres*; *cani* subint. *Capilli*, *annales*, *pugillares* subint. *libri*. *liberi* intell. *pueri*, natura sunt adiectiva.

5 ***Faeminea pluralia, vel raro singularia.***

108\. Faeminea haec numero sunt despoliata priore
109\. Nundinae, et induciae, nonae, idus, atque calendae.
110\. Copiae, et exequiae, grates, diraeque, genaeque,
111\. Antiae, et exequiae, cunae, valvaeque, minaeque,
112\. Litterae, et inferiae, lactes, nugae atque tenebrae,

113. Primitiae, insidiae, tricaeque, manubiae, opesque,
114. Vindiciae, thermae, gerrae, quibus adiice scopas,
115. Divitias, et suppetias, ac oppida multa,
116. Ut Thebae et similes, quarum pars maxima Graiae.

108—116. Ad haec referuntur: *ambages*: *ambage* tamen apud Ovid. Fast. longa *ambage* 7. met. *ambage* viarum 8. met. invenitur. *apinae, fortunae, facultates* (pro opibus) *minutiae, quisquiliae, reliquiae, repetundae*, *sortes* pro oraculo: Cicero tamen 2. de Iuv. *sors* illa edita est opulentissimo Regi Asiae; *praestigiae* Quint. tamen dixit 4. 1. huius *praestigiae* plausum: *illecebrae* usitatius in plur. Cic. tamen pro Mil. Maxima *illecebra* peccandi impunitatis spes. Item Gell. 2. 29. cum audiendi quadam *illecebra*. *Vigiliae* plurale est pro insomnio, vel custodibus noctu excubantibus: pro noctis parte, vel officio vigilandi dicit Cicero: secunda tertia noctis *vigilia*, manere in *vigilia* urbis: tradere *vigiliam* suam alteri. *Alpes*: occurrit quidem apud Ovid. Iuv. Lucan. Claudian. *Alpis, Alpem, Alpe*, sed poetica est haec licentia; *operae* pro hominibus ad operandum conductis. *Feriae*, Ecclesiastici Scriptores fecerunt *feria* prima, secunda, tertia etc. *Offuciae* Plautus tamen Mostell. 1. 3. habet: attingere *Offuciam Arae* (pro Penatibus) nam *ara, ae*, pro altari in singul. recte adhibetur, *clitellae*, *aedes* pro aede privata in *plur*. pro publico sacro aedificio singulare est; sed tamen et pro privato, atque profano aedificio in singulari invenitur. Curtius dixit: Ad fores, *aedis* eius, in qua rex vescebatur; pro

coe-

coenaculo. Ovid. in ep. Didus: Est mihi marmorea sacratus in *aede* Sichaeus: pro sepulchro, Gell. 4. 14. sed haec rariora sunt, *scalae*; exstat quidem et singulare *scala*, sed plurale usitatius est Valla 3. 13. *Primae secundae*, *tertiae* Cic. huic *primas* dedisse Demosthenes dicitur, huic *secundas* huic, *tertias*; *Plagae* pro reti; *Partes* pro officio, *phalerae*, *tonsae tonsillae*, *nuptiae*, *facetiae*, *habenae*, Virg. tamen dixit Aen. 9. Ipse ter adducta circum caput egit *habena*. *Salinae*, *trigae*, *bigae*, *quadrigae*. Apud Svetonium, et Plinium reperitur etiam biga, triga, in singulari etc. His adde urbium propria quaedam: *Athenae*, *Venetiae*, *Amyclae*; *Baiae*, *Colossae*, *Syracusae*, *Cannae* ect. Item montium: *Esquiliae*, *Thermopylae* etc.

6.) *Neutra pluralia, vel raro singularia.*

117. Pluralem tantum numerum sponsalia poscunt,
118. Tempora cum castris, aestiva, cibaria, rostra,
119. Cumque utensilibus, magalia, moenia, transtra,
120. Hibernis, sata, tesqua, iuga, et cunabula iunges.
121. Festa quoque, et lupos, et significantia libros.
122. His aliquas urbes adde, et numeralia plura.

117—120. Praeter versibus expressa addes: *acta*, *orum*, *adversaria*, *arma*, *bellaria*, *bona*, *cete*, *compita*, *crepundia*, *comitia*, *donaria*, *fraga*, *exta*, *iusta*, *illia*, *lamenta*, *munia*, *mapalia*, *oblivia*, *pascua*, *parentalia*; *praecordia*, *stativa*, *subsellia*, *tempe*, *zizania*; quaedam tamen ex his etiam in singulari reperiuntur; e. g. Varro *pascuum* vi-

ride dixit. Columel. In eo rure, quod *pascuo* caret. Sparso *mapali* est apud Valerium Flaccum.

121. a) Nomina Festorum, et ludorum, ut *Encoenia*, *Marcinalia*, *Olympia*, *orum*, *Pythia*, *Liberalia*, *Saturnalia* etc.

b) Librorum: *Bucolica*, *orum*, *Georgica*, *orum*, *Chronica*, *orum*, *Biblia*, *orum* etc.

c) Urbium: *ut*: *Bactra*, *orum*, *Cytherea*, *orum*, *Gargara*, *orum*, *Susa*, *orum*, etc.

d) Numeralia, Cardinalia, *duo*, *tres* etc. et distributiva: *singuli*, *ae*, *a*; *bini* etc.

Appendix.

Quaedam substantiva carent numero in certa significatione, id est habent aliam significationem in numero plurali, quam singulari e. g.

Sing. *Castrum* Vár, erősség, kastély, *Festung*, *Kastell*, *Schloss*, *Zámek*, *hrad*, *pewnost*.

Plur. *Castra orum*, Tábor, *Lager*, *Leszeny*, *tábor*.

Sing. *Copia*. Bőség, *die Menge*, *Hognost*.

Plur. *Copiae*, *arum*, Hadi sereg, *Das Kriegs-Heer*, *die Truppen*, *Wogsko*.

Sing. *Finis*, Vég, *Ende*, *Konec*.

Plur. *Fines*, *ium*, Határja, a' Tartománynak, *die Gränzen eines Landes*, *Kragjny pomezyhranice*.

Sing. *Fortuna*, Szerentse, történet, sors, *Schiksal*, *Zufall*, *Glück*, *Sstestj*, *pripadnost*.

Plur. *Fortunae*, *arum*, Gazdaság, jószág, jövedelem, *Vermögen*, *Reichthum*, *Glücksgüter*, *Bohatstwj*, *bohowtost*.

Sing. *Mos*, Szokás, mód, *der Gebrauch*, *Obicsey*, *Zwyk*.

Plur. *Mores*, Erkölts magaviselés, *die Sitten*, *Mrawy*.

Sing.

Sing. *Opera*. Munka, dolog, mivelés, *körperliche Bemühung*, *Arbeit*; *Prace*, *Pilnost*.
Plur. *Operae*, Napszámos, béres, *Handarbeiter*, *Taglöhner*. *Robotnik*, *Delnik*.
Sin. *Rostrum*, *i*, Madár orr' *der Schnabel*, *Pysk*.
Plur. *Rostra*, Katédra, Órálószék, *die Kanzel*, *oder vielmehr Rednerbühne in Rom* (ollyan formáju magos hely volt Romában, a' honnan a' Községnek orátzió mondatott) *Kazatelnicza*. Plura his similia ex *Lexicis*, et *Radicibns linguae latinae* condisci possunt.

II. ANOMALA GENERE.

Quae Graecis Heterogenea *vocantur*.

Quid sunt Anomala genere?
Quae genus in plurali variant.
Quotuplicia sunt anomala genere seu heterogenea?

Qnadruplicia:

1) Heterogenea, sive genere inaequalia;

Masculina in singulari, in plurali neutra.

123. In numero primo sunt mascula nomina quaedam.
124. Neutra in plurali; sic Baltea, Balteus optat.

Quaedam singulari numero sunt masculina; plurali neutra: ut: *Balteus*, *a*; *tartarus*, *a*; *avernus*, *a*; huc pertinent montium quorumdam nomina, ut: *Dondymus*, *Ismarus*, *Maenabes*, *Massicus*, *Pangaeus*, *Taerarus*, et *Taygetus*.

2) *Masculina*, *in singulari*, *in plurali masculina*, *et neutra*.

125. Masculeum, neutrumqae genus pluralia poscunt.

126. Sibilus, effectus, sensus, locus, acta, iocique.

Sunt quaedam numero singulari masculina, in plurali vero masculina, et neutra, e. g. hic *iocus*, hi *ioci* vel haec *ioca*, *locus*, *loci*, vel *loca*, *sensus*, *sensus*, vel *sensa*: sed fere diversa significatione; sic Liv. IIII. 16. vocat *loca* consularia, *loci* m. *Rhetorici* sunt sedes argumentorum Cic. Top. 2.

3) *Faeminina, et masculina in singulari, et neutra in plurali.*

127. Carbasus, in numero plurali carbasa donat,
128. Sic genus admittit neutrum plurale supellex.

Huc pertinet: haec *Pergamus i*; in plur. *Pergama, arum*, *Hieroslyma*, *ae*, et in plurali *Hyerosolyma*, *orum*, *Sodoma*, *ae*, *Sodoma*, *Sodomorum*.

4) *Neutra singulari, plurali masculina, aut simul neutra.*

129. Mascula sunt numero, Coelum, Argosque secundo.
130. Sed rastra, et rastros, et froenos, frenaque dices.

Quaedam nomina a) singulari sunt neutra, plurali masculina, ut *Coelum*, hi *coeli*, ab antiquo *coelus*. At: coelum sculptorum instrumentum facit *coela* b) in singulari neutra, in plurali masculina, et neutra, ut *frenum*, hi *freni*, et haec *frena*. Veteres dixere *frenus*, et *frenum*. A sing. *rastrum*, pl. *rastra* rarius occurrit: Cels. ap. Non. 3. n. 190. et Stat. Theb. III. 589. habet *rastra*; *rastri* ut multo usitatius est, ita tutius quo-

quoque usurpabitur. *Capistrum*, hi *Capistri*, et haec *Capistra*; posterius usitatius est. *Porrum* quamquam dicatur etiam *porrus* capitatus, in plur. tantum *porri*. Sic Mart. XIII. ep. 19. Mittit praecipuos nemoralis Aricia *porros*. *Clathrum*, in plur. *clathra*, et *clathri* Hor. art. Poet. V. 473. obiectos, caveae valuit si frangere *Clathros*. Hoc *siser*. Pl. hi *siseres*. c) In singulari neutra in plurali feminina, ut; *epulum*, *epulae*, ab *epula*, quod natura est adiectivum *delicium*, *deliciae* a recto *delicia*, quo usus est Plautus; *exuvium*, *exuviae*, *Balneum* contractum a balineum, pl *balnea*, et *balneae*.

III. ANOMALA DECLINATIONE.

(*Graecis Heteroclyta*.

Heteroclyta, sive Declinatione *inaequalia* dicuntur, quae pro diverso numero, diversae sunt declinationis, aut quae a communi declinandi regula recedunt;

131. Vas vasis terni est, vasorum vasa secundi
132. Ordinis; ac contra in plurali iugera terni,
133. Nonnullos casus ex ordine summit utroque

131—133. *Vas*, *vasis*, singulari numero est tertiae declinationis, plurali secundae, ut *vasa*, *vasorum*, *vasis*, olim enim vasum dicebatur. Plaut. Truc. et Cato apud Gell. L. 13. C. 22. Corn. Sever, in *Aetna* dixit etiam in plurali *vasibus*. Quod si cavis cunctatus *vasibus* haesit, nisi forte legendnm: *vallibus*. *Iugerum*, *iugeri*, contra in singulari est secundae declinationis, in plurali tertiae, sed assummit tamen etiam quosdam casus ab antiquo *iuger*, vel *iugus*, et ita declinatur.

Sing.

Sing. Nom. *iugerum.*	Pl. Nom. *iugera.*
Gen. *iugeri*, *et ris.*	Gen. *iugerum.*
Dat. *iugero*,	Dat. *iugeribus*, et *iugeris.*
Acc. *iugerum.*	Acc. *iugera.*
Voc. o *iugerum.*	Voc. o *iugera.*
Abl. a *iugero*, vel *re.*	Abl. a *iugeribus*, et *iugeris.*

Ad Heteroclyta etiam referuntur, quae duplicis sunt declinationis, atque ex terminatione Nominativi dignoscuntur, cuius ordinis sint; sic ad I. et II. Declinationem pertinent; *Alimonium*, *ii*, et *alimonia*, *ae*, *buccina*, *ae*, et *buccinum*, *i*, *cingula*, *ae*, et *cingulus*, vel *cingulum*, *i*, *menda*, *ae*, et *mendum*, *i*, *vespera*, *ae*, et *vesperus*, *i.*

Ad I. et III. decl. *Hebdomada*. *ae*, et *hebdomas*, *adis*; *Pascha*, *ae*, et *Pascha*, *atis.*

Ad II. et III. decl. *Baptismus*, *i*, et *baptisma*, *atis*, *contagium*, *ii*, *contages*, *is*, *contagio*, *onis*, *Elephantus*, *i*, et *Elephas*, *antis*, *pavus*, *i*; et *pavo*: *onis.*

Ad II. et IV. *Punctus*, *us*, et *punctum*, *i.*

Ad III. et IV. *Venatio*, *onis*, et *venatus*, *us.*

Ad III. et V. *Paupertas*, *atis*, et *pauperies*, *ei*, *colluvio*, *onis*, et *colluvies*, *ei*, etc.

Ad I. et V. *Luxuria*, *ae*, *luxuries*, *ei* etc.

Ad II. III. et V. Decl. *Diluvium*, *ii*, *diluvio*, *onis*, *diluvies*, *ei*, *etc.*

Eiusmodi heteroclyta sunt etiam nonnulla adiectiva, uti: *Exanimus*, et *exanimis*, *imbecillus*, et *imbecillis*. Quaedam vero non ex Nominativi, sed Genitivi terminatione, cuius declinationis sint, cognoscuntur, ut: *Hierosolyma*, *ae*, et *Hierosolyma*, *orum*; *Mulciber*, *eri*, et *eris*, *Oedipus*, *i*, et *odis*, *penus*, *oris*, et *penus*, *us*, *glomus*, *i*, et *eris*: *gibbus*, *i*, et *eris*, *colus*, *i*, et *us*, ab, hac *colo*, et *colu*. Virg. Aen. 8, Cic. L.

2.

2. de orat. caeteri casus secundae. His adde, sequentia quinque nomina arborum, secundae, et quartae declinationis; ut *cornus. i*, et *us*, *ficus*, *i*, et *us*, *laurus*, *i*, et *us*, ab hac *lauro*, et *u*, has lauros, et *us*; reliqui casus II. Decl. *lauro*, et *u*, has lauros, et *us*; reliqui casus II. Decl. *Pinus*, *i*, et *us*; *quercus*, *i*, et *us*, harum *quercorum*, et *quercuum*; caeteri casus IV. Decl. In his universim observandum, quos casus frequentior usus magis adprobet.

IV. ANOMALA. (defectiva. seu inaequalia,) CASU.

134. Sunt quaedam unius casus, nonnulla duorum,
135. Quatuor, atque trium, ex usu discenda Magistro.
136. Inficias, natu, macti tum macte requirit,
137. Absque Vocativo sunt Adiectiva rogandi:
138. Cumque Relatis Pronomina, signa negandi,
139. Partitiva, et queis Patrius finitur in *ius*.
140. Quae nunquam variant casus, Aptota vocantur.
141. Sic exspes, praesto nihili, nil, pondo, Sinapi.
142. Atque instar, nauci, cum frugi, fasque, nefasque.
143. Ac tot, quod cum compositis, opus, atque necessum.

Quotuplicia sunt ea, quae certis casibus deficiunt? Quintuplicia.

I. Quae unum tantum casum habent, vocanturque *monoptota*; ut:

1) Gen. singulari tantum: e. g. *dicis* ab antiquo *dex*, ut Varro existimat, ut *dicis caussa*, *dicis gratia*, apud Ciceronem, et Iatos, id est; per simulationem, ad speciem tantum; e. g. ut aliquid illis numorum *dicis* caussa daret. Cic. Verr. IIII. 24.

2)

2) Dat. singulari tantum; ut *despicatui*, *divisui*, *frustratui*, *ostentui*, verum apud Gell. XX. 1. prope finem reperiuntur in Abl. *ostentu*.

3) Acc. singulari tantum; ut: *bilicem*, apud Virg. *trilicem*: sed Martial. XIV. 140. habet: *trilices*.

4) Abl. singulari tantum: ut *natu*, *promptu*, *iussu*, *accitu*, *missu*, etc. huc referuntur etiam *diu*: i. e. *die; lucu*, i. e. *luce*; et fortasse *ergo*. i. e. *propter*, quod nonnullis substantivum esse videtur a Graeco ἔργον ortum; e. g. illius *ergo* venimus. Virg.

5) Accus. Plurali tantum: *inficias*, quod cum *eo* tantum iungitur sine praepositione, ut *ire inficias*, id est, *negare*; huc pertinere existimant aliqui *incitas*, e. g. Plaut. *ad incitas redactus est* i. e. ad inopiam, qua quis incitatur ad quidvis tentandum; sed hoc participium est ab *incieo*, sic dicuntur calculi *inciti*, qui moveri non possunt; ad *incitas* ergo subintell. *lineas*. Vide hac de re Scalig. append. ad coniect. l. 6. p. 186.

6) Abl. Plurali tantum; *ingratiis*, e. g. Plaut. Cas. II. 5. 7. *ingratiis* (contra voluntatem) amborum.

II. Quae duos tantum casus habent, vocanturque *diptota*; ut:

1) Nom. et Acc. singulari, e. g. omnia indeclinabilia, ut: *opus*, *necesse*, *fas*, *nefas*, *volupe*, *nihil*, *instar*, quod idem est, ac similitudo, sive exemplare: e. g. Nominativus est, cum ait Tullius: *Plato mihi unus instar est omnium*. Accusativus vero est in isto Iustini loco: Vallis clauditur ad *instar* castrorum.

2) Nom. et Abl. singulari; ut: *fors*, *forte*, *vesper*, *vespere*, nam *vesperi* adverbium est.

3) Genit. et Abl. singulari; ut, *spontis*, et *sponte*. ut Cic. Att. XV. 27. mea *sponte* feceram,

cum

cum Genit. Cels. I. 1. Homo, qui suae *spontis* est. Columel. IX. 4. Cytisus suae *spontis*, *impetis*, et *impete*. etc.

4) Dat. et Abl. singulari, ut: *nuptui*, et *u*; *irrisui*, et *u*.

5) Nom. et Acc. plurali, ut *suppetiae*, et *suppetias*.

6) Voc. singulari *macte*, et plurali *macti*. Sed nonnunquam etiam pro Nom. et Acc. usurpatur Cic. ad Att. *Macte* virtute esto. Liv. I. 2. iuberem *macte* virtute esse.

7) Gen. et Abl. plurali; ut: *repetundarum*. et *repetundis*.

III. Quae tres tantum casus habent, vocanturque *triptota* ut: *vis*, *vim*, *vi*, *dica*, *dicam*, *dicas*, *opis*, *opem*, *ope*, etc.

IV. Quae quatuor casus habent, vocanturque *tetraptota*: ut: *astus*, *astu Pl.* hi *astus*, hos *astus*; *virus*, *i*, *us*, *o*, *grates*, *gratibus*, *es*, *ibus*; *situs* (penyész, rozsdá, motsok, *Schimmel*, *Rost*, *Schmutz*, *Plesen*, *Prelezelost*) *situm*, *situ*, et Acc. Pl. *situs*, occurrit etiam in Gen. *situs*, e. g. Senec. Benef. III. 2.

V. Quae quinque casibus usurpantur; vocanturque *pentaptota*; huc referuntur:

1) Quae Genitivo plurali carent, e. g. os (oris) non dicitur *orum*; nec *orium*; sequentia etiam: *sol*, *fax*, *nex*, *fel*, *pax*, *pix*, *lux*, *glos*, *pus*, *aes*, *mel*, *rus*, *tus*, *species* etc. in Genitivo Pl. vix leguntur.

Quae Vocativo carent, ad quae nimirum sermo dirigi non potest; ut sunt:

a) Interrogativa, et infinita, ut: *quis*, *qualis*, *quantus*, *quot*, et ab his composita, ut: *quicunque*, *qualiscunque*, *quantuscunque*, *quotuscunque*, *quotcunque* etc. *b*) *Relativa*, ut:

qui,

qui, *quae*, *quod* e) Negativa, ut: *nemo*, *nullus*, *neuter*. d) Partitiva quaedam, ut: *quidam*, *ullus* etc.

VI. Nonnulla sunt indeclinabilia, *aclita*, aliis *aptota* dicta, quae una voce in omnibus casibus usurpantur: ut *sinapi*, *pondo*, *nequam*, etc. Non quasi deficerent, casibus ratione significationis; nam e. g. *nequam* habet omnes sex casus; sed quia non habent casus ratione vocis, unde *invaribilia* rectius dici possent.

APPENDIX.

Adiectiva Deficientia.

144. Haec per *a* non formant neutrum plurale: bicuspis,
145. Immemor, atque vigil, perpes, praepesque, cicurque,
146. Ales, hebesque, teres, cum pauper, degener, uber.
147. Impuber, uber, locuples, pariterque tricuspis.
148. Dives, inops, memor, atque reses, cum deside supplex,
149. Iunge bipes, sospesque, tripes, veges, atque superstes.

Supra memorata adiectiva in Plurali neutro non declinantur.

Admonitio. 1) Ad libri molem non augendam occurentibus permultis in praeceptis his de *declinatione nominum* vocabulis, non sunt subiectae Linguis vernaculis respondentes significationes; aequus interim, et progressus discipulorum suorum studiosus magister, quemadmodum in regulis de generibus: ita et hic non intermittet, singularum vocum genuinas notiones

nes linguis vernaculis adcurate definire probe gnarus in condiscenda quavis lingua totius rei cardinem in eo imprimis verti, ut adolescentes maximam, quantum fieri potest, vocabulorum copiam sibi memoriae imprimant.

2) Quemadmodum regulae de generibus nominum; ita et de eorundem declinatione versibus expressae sunt; cui versus displicent, regulas omissis versibus oratione soluta percipiat, neque enim ad praecepta cognoscenda necessarii sunt versus, sed ad illa iam cognita memoriter, ac diu retinenda valde quidem accommodati: habet enim, nescio, quid Poetarum ille numerus, ac modus ad memoriam vehementer firmandam.

3) In hac de nominibus Latinis per casus et numeros variandis pertractatione occurrunt nonnulla, quibus ediscendis non est opus puerorum fatigare memoriam: sed sufficiat eosdem ad legendum adstringere, ut, cum in Humanioribus Scholis legerint, e. g. apud Plautum: dicunt in *mare* communi captos; item mea opera, atque *rete*, aut apud Ovid. Et summam Lybico de *mare* carpat aquam, meminerint se de his, et similibus iam in Scholis Grammaticis admonitos fuisse, sicque inoffenso pede in legendis auctoribus classicis, qui nonnunquam indicium aurium, ut Probus monet apud Gellium, secuti, a communi declinandi norma deflexere, progrediantur.

4) Expositis Latinorum Nominum regulis, Graecorum quoque declinatio certis regulis declinanda est, quoniam his quoque utimur in sermone Latino, et maxime Propriis. Notandum autem omnia Graeca Nomina Propria, vel Appellativa, aut primae esse Declinationis, aut secundae, aut tertiae.

II.

II.
DE GRAECORUM NOMINUM DECLINATIONE.

DE PRIMA DECLINATIONE.

Graecorum Nominum Prima Declinatio in *AS*, *ES*, et *E* terminatur, ut: *Aeneas*, *Anchises* *Epitome.* Formatur autem, ut in sequentibus Schematibus, et Paradigmatibus videre est:

SCHEMA.

Singulariter.	*Pluraliter.*
Nomin. AS, ES, E.	
Genit. ae, ae. es.	
Dat. ae, ae, ae.	More Latinorum.
Accus. am, v. en, en	
Voc. a, e.	
Ablat. a, e.	

PARADIGMA I.
in AS.

Nom. Aeneas, *Gen.* Aeneae, *Dat.* Aeneae, *Acc.* Aenean, vel Aeneam, *Voc.* o Aenea, Abl. ab Aenea.

PARADIGMA. II.
in ES.

Nom. Anchises, *Gen.* Anchisae, *Dat.* Anchisae, *Acc.* Anchisen, *Voc.* Anchise. *Abl.* ab Anchise. *Num. Plural.* Anchisae, etc.

PA-

PARADIGMA. III.
in E.

Nom. Epitome, *Gen.* Epitomes, *Dat.* Epitomae. *Acc.* Epitomen, *Voc.* o Epitome. *Abl.* ab Epitome. *Plur. Nom.* Epitomae, arum, Epitomis etc, more latino.

Nota 1) Nominativum Graecum in *As*, et *Es*, primae simplicium, Latini veteres per *A* malebant efferre, ut *Aenea*, *Anchisa*, pro *Aeneas*, *Anchises*, Quintil. I. 1. c. 5. Hinc nominandi casu Properius *Atrida*, Cicero *Hermagora* dixit; sic *Sosia*, *Byrrhia*, *Clinia*, *Geta*, *Poëta*, *Cometa*, *Satrapa*, *Scytha*, pro *Sostas Byrrhias*. *Clinias*, *Getes*, *Poëtes*, *Cometes*, *Satrapes*, *Scythes*; declinanturque ut Latina primae declinationis: e. g. V o *Anchisa*; sic Maro; tum satus *Anchisa*; et *Anchisa* generate; nempe a recta *Anchisa* Horat. I. 2. sat. 3, *Atrida*, vetas cur? Plaut. Poen? o *Apella*! pro *Apelles*, Accus. *Scipiadum*, et *Scipiaden*. Idem fit saepenumero cum nominibus in E desinentibus; ut *Syncope*, et *Syncopa*, *Epitome* et *Epitoma*, *Grammatice*, et *Grammatica*, *Rhetorice*, et *Rhetorica*, *Dialectice*, et *Dialectica*, etc.

Nota 2) Multa in *ES*, primae simplicium apud Graecos, in tertiam apud Latinos transeunt, ut: *Euripides*., *Euripidis*. Sic. *Aristides*, *Orestes*, *Pylades*, *Timarchides*, *Herodes*, *Ioannes*, quorum Accusativus, in *em* exit; Cic. I. 2. de Fin. Aut *Pyllades* cum sis, dices, te esse *Orestem*. aut, si esses *Orestes*, *Pylladem* refelleres; atque inde est, quod apud Terentium in Vocativo legas; o *Chreme*! et o *Chremes*! o *Lache*! et o *Laches*! o *Socrate*! apud Cic. alias o *Socrates*. Sed prior solum terminatio est huius loci.

Nota.

Nota 3. Hebraea Nomina in *AS*. instar Latinorum inflectuntur, ut *Mathias*, *Mathiae*, *Mathiam* etc. sic: *Iudas*, *Thomas*, *Tobias*, *Satanas* etc. Rarius, et poetice magis Accusativum in *An* formant imitatione Graeca, ut *Messias*, *Messiam* Graece *Messian*; in reliquis casibus flectuntur ut Graeca in *as*. Huc pertinet Hebraea terminatio Propriorum in *Am*, ut: *Adam*, *Abraham* etc. Quam tamen et ipsam aliqui in *as* mutant: ut *Adas*, *Adae*, *ae*, *am*; *Abrahas*, *hae*, *hae*, *ham*; quum illa in *Am*, sint indeclinabilia; quamquam eiusmodi vocabula usitatius syllaba *us* terminata in secunda declinatione efferantur; ut *Adamus*, *Abrahamus*.

Nota 4. Aliqua interdum in *ES* formantur ut ex *David*. *Davides*, et Graecorum in *es* declinationem imitantur. Sub Hebraicis intelliguntur, et Syriaca, et Chaldaica. Quod per omnia notabis. Graeca Propria in *A* apud Poëtas faciunt Accusativum quoque per *an*; ut: *Maia*-*Maiam*, vel *Maian*, *Aegina*, *am*, vel *an*, *Electra*, *Electran*. Ovi. Trist. II. 395.

Nota. 5. Patronymica, et alia in *des* desinentia, saepe Accusativum formant in *em* pro *en*; ut: *Priamidem*, pro *Priamiden*; nonnunquam etiam in *am*; et *an*; sic: *Scipiades* Acc. *Scipiaden*, *Scipiadem*, *Scipiadam*; *Scipiadan*,

Nota 6. A Nominibus in *es* etiam in *e* ex Graeco Dativus formatur, ut: 1. Aen. Dardanio Anchise; eadem enim est ratio Dativi; *Anchise*, *Gnome*, quae est Ablativi: *Anchise*, *Gnome*.

Nota 7. *As*; et *ES* primae Declinationis, abiiciunt literam S. in Vocativo, ut *Aenea*, *Anchise*. Reperitur quidem in Vocativo etiam: o *Anchisa*! o *Aeacida*! ut not. 1) sed pro diversitate Nominativi; sic Ovid. o *Aeacide*: at Ennius: aio te *Aeacida*, istud est ab recto *Aeacida*;

da; illud ab *Aeacides*. Imo quaedam in *es* Vocativum, ut Graeci tantum per *a* faciunt, e. g. *Orestes*, *o Oresta*, *Thyestes*, *o Thyesta*, etc. Sic quoque a *Zelotes* malim more Graecorum dicere: *o Zelota!*

Nota 8. Genitivus pluralis pro *arum*, desinit nonnunquam in *um* per syncopen, quo Poetae in Patronymicis imprimis gaudent; sic *Aeneadum*, pro *Aeneadarum*, Cavendum autem, ne confundamus Genitivos in *um* integros, cum syncopen passis. Nam *Dardanydum*, pro *Dardanidarum* est a Recto Pl. *Dardanidae*. Verum a Dardanis, sive plurali *Dardanides*, citra syncopen *Dardanidum* dicitur; estque hoc generis muliebris. Sic *Achaemenidum*, pro *Achaemenidarum* est virile a recto *Achaemenidae*. *Achaemenidum* autem citra syncopen est muliebre, a recto *Achaemenis*, sive plurali *Achaemenides*.

DE
SECUNDA DECLINATIONE SCHEMA.

	Singulariter.			*Pluraliter.*
Nom.	os,	on,	eus.	
Genit.	i,	i,	ei.	
Dat.	o,	o,	eo.	ut in Latinis.
Accus.	on, v. um,	on,	eon, v. ea.	
Voc.	e,	on,	eu, vel, ee.	
Abl.	o.			

PARADIGMA I.
in OS.

Nom. Menelaos, vel Menelaus, *Gen.* Menelai, *Dat.* Menelao, *Acc.* Menelaon, vel Menelaum, *Voc.* o Menelae, *Abl.* a Menelao.

Sic. Timotheos, Pamphylos, Delos, Rhodos Pathmos, Lesbos, Abydos, Papyros, etc.

PARADIGMA.

in ON.

Nom. Ilion, *Gen.* Ilii, *Dat.* Ilio, *Acc.* Ilion, *Voc.* o Ilion, *Abl.* ab Ilio.

Sic. Evangelion; vel Evangelium; Mysterion. Symbolon, Encomion Enchiridion, etc.

PARADIGMA.

in EUS.

Nom. Orpheus, *Gen.* Orphei, *Dat.* Orpheo, *Acc.* Orpheum, *Voc.* o Orpheu, *Abl.* ab Orpheo.

Sic. Perseus, Nereus, Tereus, Tydeus, Enideus, Theseus, Tholipeus, Achilleus, Ulysseus, etc.

Nota. 1. Graeca in *os*; ut: *Arctos, Delos, Zacynthos*, et in *on*, ut: *Ilion, Evangelion*, in *us*, et *um* Latini vertunt, ut *Delus, Ilium* etc.

Nota 2. *os*, et *on* mutantur in Genitivo in *I*, ut *Rhodos Rhodi, Androgeos, Androgei, Ilion. Ilii*; Virgilius tamen Aen. VI. 20. format Genit. more Attico *Androgeo.* In foribus lethum *Androgeo. Aen.* vero I. regularem facit Genitivum: *Androgei* galeam induitur. Dicitur et *Androgeos, Androgeonis* III. Decl. ex quo Accusativus: *Androgeona* Propert. I 2. Eleg. 2.

Nota 3. Graeca Nomina in *eus* monosyllabon, quae a Graeca Diphtongo veniunt; ut *Orpheus, Atreus, Theseus Perseus* etc. declinantur partim more Latinorum, ut in superiore paradigmate videre est; partim, imprimis Poetae Graecam flectendi rationem sequuntur; faciuntque interdum Genitivum in *eos*, ut: 4. Fast. *Typheeos*, pro *Tiphoei*; Dativum in *ei*, ut:

Virg.

Virg. Ecl. 8. *Orphei* Calliopea, Lino formosus Appollo. Item Georg. 4. Inferias *Orphei* lethaean papaver mittes; Accusativum in *ea*, qui Accusativus frequentissimus est apud Poetas; interdum etiam apud Historicos, et Oratores Liv. I. 37. Qui Regem *Persea* magna gloria vicit. Cic. ad Att. L. 6. ep. 9. in *Pyraeea* cum exissem, et I. 7. ep. 4. Magis reprehendendus sum, quod homo Romanus *Pyraeea* scripserim, non *Pyraeeum*; sic enim omnes nostri locuti sunt. Vocativum semper in *eu* monosyllabum Graeco more formant abiiciendo litteram *s*, *o Tydeu*, *Theseu*, etsi Probus putarit in secunda dici posse: *Penthee*, *Orphee*. *Tydee*, sed desideratur auctoritas. Quae vero *os* Nominativi, in *us* mutant, litteram *E* in Vocativo more tum Graeco, tum Latino retinent, ut *Timotheus*, *Antaeus*, *Ptolemaeus*, *o Timothee*, etc. Quia Nominum in *eus* varietas magna est, iuvat allatum in superiore paradigmate exemplum cum inflexione varia repetere.

Latine.	*Graece.*
N. Orpheus	Orpheus.
G. Orphei, v. per *contr.* Orphi.	Orpheos.
D. Orpheo	Orphei vel per *contr.* Orphi.
A. Orpheum.	Orphea, vel per III. Decl. Orpheon.
V. o Orpheu (nonnullis Orphee)	o! Orpheu.
Abl. ab Orpheo.	

Hinc Graeci illi Genitivi *Ulyssei*, *Achillei*, a Graecis nominibus *Ulysseus*, *Achilleus* trisyllabis, Hor. I. 1 od. 6. Nec cursus duplicis per mare *Ulyssei*, Et per Synaeresin; *Ulyssi*, *Achilli*. Quint. I. 1 c. 5. Hinc immitis *Achilli*. Aen. 1. miles *Ulyssi*. Aen. 2. *Ei* in *I* contracto. Alioqui ab *Achilles* et *Ulysses* genitivi tertiae sunt *Achilles*, *Ulyssis*.

Nota. 4. Accusativus a Graecis in *os*, ut *Delos*, *Tenedos* etc. exi tin *on* Ovid. 14. Metamorph. ne credite *Lesbon* et *Tenedon* cepisse: *Athos*, vero mons Thraciae, sive *Atho*, in Dativo quoque, et Ablativo habet Atho, in Accusativo etiam *Atho*, more *Attico*, pro quo *Athon* Valer. dixit. I. 1, c. 6. *Athonem* vero Cic. L 3. de Republ. apud Prisc. I. 6. Latini enim ex Atticis in *os* faciunt Nominativum in *o*, Genitivum in *onis*, in tertia; ut *Atho*, *Athonis*, *Mino*, *Minonis*.

Nota. 5. Vocativus *Panthu*, Virg. Aen. II. 429. est a Graeco Nom. Πάνθοος. cont. Πάνθες. Voc. Πάνθος. cont. Πάνθε. Voc. *Oedipu* ab *Oedipus*, *Melampu*, a *Melampus* huc non pertinent, sunt enim III. Declinationis.

Nota. 6 Ablativus semper exit in *o*, ut *Orpheo*- Ovid. I. 6. Metam. Scelus est pietas in coniuge *Tereo*; quia Ablativo Graeci carent. In aliis casibus Graeca Declinatio valde usitata, Sosipater I. 1.

DE
TERTIA DECLINATIONE SCHEMA.

Singulariter.	*Pluraliter.*
Nomin. varie terminatur.	Nom. ut in Latinis;
Genit- in, os, nonnunquam us.	Genit. um, on.
Dativo. i.	Dativo. is, bus.
Accus. em, a, im, in	Acc. es, as.
Voc. sicut in Nominativo, pleraque S. abiiciunt.	Vocat. similis est Nominativo.
Abl. e, i.	Ablat. similis Dativo.

PA-

PARADIGMA.

Sing. Nom. Haeresis. G. Haeresis, eos, (ios) *D.* Haeresi. *Acc.* Haeresim (in) *V.* Haeresis *Abl.*, Haeresi.

In Plurali. Haereses, haeresium, vel haereseon: haeresibus, haereses. etc.

REGULAE.

I. NOMINATIVI tertiae Declinationis, ut apud Latinos variae sunt terminationes.

II. GENITIVUS vel in *is* exit Latina flexione, vel Graeca in *os*, nonnunquam in *us*: Formationem Genitivi in regulas redigere sicut in latinis, ita etiam in origine Graecis nominibus paullo operosius est. Commodius ex usu, et bonis Lexicis varietas illa addisci potest; juvat nonnulla exempli caussa adducere.

A. finita genitivum in *atis* habent; ut *dogma*, *dogmatis*, *poema*, *poematis*.

Y. finita (quae omnia Latini a Graecis mutuantur) Genitivum in *yos* Graecum retinent: *moly*, *molyos*, *epy*, *epyos*, *misyos*.

O. Macedo, *Macedonis*. Faeminina vero in o, longum desinentia, Genitivum faciunt in *us*, ceteri casus a Graecis non declinantur; ut: *Alecto*, *Argo*, *Callisto*, *Chalypso*, *Clio*, *Celaeno*, *Dido*, *Echo*, *Enyo*, *Erichyto*, *Erato*, *Hero*, *Jo*, *Manto*, *Sappho*, *Xantho*, etc. habent Genitivum: *Mantus*, *Chalypsus*, *Didus*, etc.

Veteres tamen haec etiam Latinorum more declinarunt; *Sappho*, *Sapphonis*, *oni*, *onem* etc. Priscianus I. 6. quam tamen declinandi rationem Quintil. non probat: Phocas adeo reprehendit, ut errare hos censeat, dicique velit *Didois*, seu *Didus*, *Didoi*, *Didoem*, seu *Dido* Probat eam Sosipater I. 1. quem secutus est Caesar teste Fabio 1. 9. Probus I. 2. c. 2. utrumque recipit.

AN

AN. Paean, *Paeanis*, *Titan*, *Titanis*, sed *Pan* facit saepius *Panos* differentiae caussa.

ON quaedam habent in *ontis*, *Phaeton*, *Phaetontis*, *Acheron Acherontis*, *Xenophon*, *Xenophontis*; quaedam in *onis* abiecto *t*, ut, *agon*, *agonis*, *Damon*, *Damonis*; *Colophon*, *Colophonis*, etc. *Daemon*, *Daemonis*, *Actaeon*, *Actaeonis*, *Amazon*, *Amazonis*.

AS Masculina formant *antis*, *Atlas*, *Atlantis*, *elephas*, *elephantis*, *Pallas*, *antis*, *gigas*. *antis*, *Adamas*, *antis*, faeminina in *adis*, ut: *Pallas*, *adis*, *decas*, *adis*, *lampas*, *adis*, *illas*, *adis*, *Troas*, *adis*, etc.

ES. Multa Nomina propria habent Genitivum in *is*, et *etis?* ut: *Chremes*, *is*, et *etis*, *Dares*, *is*, et *etis? Euryches*, *Eurychetis*, vel *Eurychis*; verum *etis* usitatius est.

IS. terminata exeunt in Genitivo.

2) in *is* Latina flexione; vel Graeca, in *ios*, et *eos*, e. g. *Poesis*, *Syntaxis*, *Phrasis*, *metropolis*, *ellipsis*, *metamorphosis*, *haeresis*, *genesis*, Gen *genesis*, vel *genesios*, vel *geneseos*, quae posterior forma Atticorum receptior est.

2) in *idis*, vel Graeco more in *idos*; ut: *Aeneis*, *aspis*, *iris*, *iaspis*, *pyxis*, *tyrannis* etc. huc pertinent complura nomina Propria; deinde Patronymica, et gentilia Faeminina, ut *Paris*, *Phalaris*, *Eris*, *Artemis*, *Thetis*, *Nereis*, etc. *Tigris*, habet *Tigris*, et *Tigridis*, *Tiberis*, habet *is*, *Tibris*, seu *Tybris*, (*Thybris*) format *idis*. Caetera in nominibus *idis*, et *idos* Genitivum habentibus usus attendendus; nam *Aeneidos*, quam *Aeneidis* malim: ut *pixidos* pro *pixidis* non dixerim: quia vulgo tritissima naturam plane exuit Graecanicam.

3)

3) *Inis*, ut: *Salamis, Salaminis, Eleusis, Eleusinis*:

4) *entis*, *Simois*, *Simoentis*.

YS, et *Y* Graeca semper terminatio est, facitque Genitivum 1) vel in *yos*, *ut*: *Erinnys*, *Chelys*, *Tethys*, a *Cotys* apud Tacit. Ann. II. 67. *Cotyis*, vel 1) in *ydis*, et *ydos*, ut: *chlamys*, *pelamys* etc. vel 3) in *ynis*; ut: *Phorcys*, vel *Phorcyn*. *Phorcynis*.

OS habent 1) in *ois*; ut *heros, herois, Minos*, *ois*; *Tros*, *ois*.

2) Quaedam in *otis*; ut: *Eros, Erotis, Antoros, otis; et a* κέρας *composita*, ut: *Aegoceros, monoceros, rhinoceros*, e. g. Mart. I. 3. Et pueri nasum *rhinocerotis* habent.

3) Nonnulla in *us*; ut; *chaos, chaus*, Virgilius in Ablativo dixit, *Chao*.

US finita nomina quaedam propria urbium habent *untis*; ut; *Trapezus*, *Opus*, *Pestinus*, *Hierichus* (loco Hiericho) *Emmaus*, *Amathus*, e. g. Ovid. I. 10. Met. Piscosamque Guidon, gravidamque *Amathunta* metallis. Composita vero ex πᾶς Gen. ποδός, in *odis*, ut *tripus*, *tripodis*, *antipus*, *antipodis*; sed *Oedipus*, *Polypus*, *Melampus* etiam in Secunda declinantur *Oedipi*, *Polipi*, *Melampi*.

III. DATIVUS sicut in Latinis, ita et in Graecis nominibus in I. desinit; ut: *Thetidi*, *Paridi* etc.

IV: ACCUSATVUS desinit 1) in EM Latinum, A Graecum, v. gr. *Hector*, *Hectorem*, vel *Hectora*; *Aer*, *aera*; *aether*, *aethera*; *chlamys*, *chlamyda*; sed *Pan* habet *Pana* tantum: *Paean* saepius *Paeana*; quam *Paeanem*; *Ganymedes*, *Ganymedem*; *Demosthenes*, *Demosthenem*; non *Ganymeda*, *Demosthena*; dum Poetae *Ganymedea*, *Demosthena* dicunt,

Grae-

Graecum casum non contractum retinent *Chremes*, habet *Chremem*, *Chremetem*, et *Chremeta*, *Dares*, *ren*, *retem*, *reta*.

2) O littera finita, Accusativum similem habent Nominativo, ut *Alecto*, *Callisto*, etc. Virg. 7. luctificam *Alecto* etc. Ovid. ep. 6. Sacram conscendis in *Argo*. ep. 7. miseramque relinquere *Dido* Hor. l. 2. od. 13. Aeoliis finibus querentem *Sappho*.

3) Graeca *Is* syllaba finita, quorum Graecus Genitivus crescens syllabam *OS* puram habet, hoc est nulla proxime praecedente consonante, apud Latinos vero aequalis est Nominativo (ut *Neapolis*, *Charybdis*, *Genesis*, Graece *Neapoleos*, *Charybdeos*, *Geneseos*) ea et Graecum Accusativum *IN* habent, et *Im* Latinum; ut; *Charybdin*, et *Charybdim*;

4) *In YS* tamen per y, quae et Graece, et Latine crescunt in Genitivo, ac pure flectuntur, frequentius habent *In* Graecum, quam *IM* Latinum; ut: Nom. *Cotys*, Gen. *Cotys*, vel *Cotyos*, Dat. *Cotyi*, Acc. *Cotyn* magis, quam *Cotym*, Abl *Cotye*: sic *Capys*. *Thetys*. Qua ratione *Halyn* Livius dixit. Cicero *Halyin*.

5) Finita in *IS*, quae Latine, et Graece crescunt, et in Genitivo habent *IS* Latinum, vel *OS* Graecum impurum, hoc est praecedente proxime Consonante, si Graecum non habent Accentum in ultima, Accusativum Graecum habent *IN* vel *DA*, Latinum *IM*, vel *Dem*; ut: *Paris*, *Paridos*, vel *Paridis*. Acc. *Parin*, vel *Parida*, *Parim*, vel *Paridem*; *Isis*, *Isidos*, vel *Isidis* *Isin*, vel *Isida*, *Isim*, *Isidem*. Sic. *Iris*, *Iridos*, *Ibis*, *Ibidos*, *Daphnis*, *Eris*, *Adonis*, *Phalaris*.

6) Si vero haec accentum apud Graecos in ultima habeant, Accusativum, Graece in *DA* tantum habent, ut *Amaryllis*, *Amaryllida*, vel *Amaryllidem*, non *Amaryllin*, aut *Amaryllim*;

sic

sic *tyrannis, Aeneis, Nereis, Titanis, Titanida*, vel *Titanidem;* non *Titanin*, vel *Titanim*, etc.

V. VOCATIVUS Latine similis est Nominativo; Graece plerumque S. Nominativi abiicit; sic *o Socrates*, *o Chremes*, *o Achylles*, *o Heros;* nam *o Socrate*, *o Chreme*, *o Achille*, *o Ulysse*, ad I. spectant; siquidem haec nomina per primam etiam simplicium flectuntur a Graecis. Cic in Protag. teste Prisc. l. 6. unde tamen apparet *o Socrate!* Terent. Andr. *o Chreme*, per tempus advenis. Ovid. 13. Met. Nos te potiremur *Achille*. Sen. Troad. Quid agis *Ulysse?*

Exceptiones.

1) Masculina Propria in AS, quorum Genitinus exit in *antis*, abiiciunt S. in Vocativo, ut: hic *Pallas*, *o Palla! Calchas*, *o Calcha*, etc.

2). In *IS*, vel *YS* exeuntia quae apud Graecos non habent accentum in ultima, deponunt S. Nominativi; *o Moeri*, *Iri*, *Pari*, *Thety*. et apud Poetas, faeminina in *IS*, quorum Genitivus exit in *dis*, quamvis accentum habeant in ultima, *o Amarylli*, *Tyndari*, *Oebali*. etc.

3) Quae antea S habent diphtongum, fere S literam abiiciunt, ut: *Simois*, *Tydeus*, *Melampus;* *o Simoi*, *Tydeu*, *Melampu*, quia a' diphtongis Graecis σιμοέις, τυδεύς, μελάμπυς, proveniunt.

4) Quae tamen omnia apud Atticos Vocativum similem habent Nominativo: *o Paris*, *Calchas*, *Simois*, *Melampus*, quos interdum imitantur Latini.

VI. ABLATIVUS exit in *I* eorum nominum, quae Accusativum faciunt *IN*, vel *IM*, v. g. *Poesi*, *Mathesi*, *Syrti*, *Haeresi*, *Syntaxi;* deinde in *ys*, desinentia, et pure declinata, *s* abiiciunt, ut *Tethys*, *yos* a *Tethy*: *Erynnis*, *yos*, ab *Erynni*,

sed

sed aliqui malunt per e formare, *Tethye*, *Erynnye* teste Murmelio. Reliqua *e* Lationrum retinent; ut: haec *Pallas*, *adis*, a *Pallade*; hic *Pallas*, *antis*, a *Pallante*.

VII GENITIVUS pluralis Latine in *UM* Graece in *ON* desinit; v. g. *epigrammaton* pro *epigrammatum*, *haereseon*, *Metamorphoseon*, pro *haeresium*, *Metamorphosium*. Si *legeris Poematorum*, pro *Poematum*; ab Antiquo Nominativo *Poematum*, *i* profectum intelligitur.

VIII. DATIVUS, et ABLATIVUS pluralis a Nominibns in *matibus* facit, aut *atis*; v. g. *thema*, *thematibus*, vel *thematis*; *Poema*, *Poematibus*, vel *Poematis*. Nec male addiderimus et tertium Graecum: *Pomasi*, *Epigrammasi*; quod etiam in aliis nominibus usitatum est, e. g. *Dryasin*, pro *Driadibus*, *Hamadryasin*, apud Propertium.

IX. ACCUSATIVUS Graecus in *AS* desinit, ut *Delphinas*, *Troas*, *Crateras*, *Arcadas*, Virg. Ecl. 8. Inter *Delphinas* Arion.

§. III.

DE NOMINE ADIECTIVO IN SPECIE.

Quid observandum est in specie apud Nomen Adiectivum?

1) Terminatio. 2) Declinatio. 3) Comparatio. 4) Numeralia, quae etiam Adiectivis accensentur.

Nota. 1. Adiectivum non ab *Adiacendo* dicitur, sed ab *adiiciendo*. Nihil enim certi intelligi potest, e g. *albus*, *niger*, nisi substantivo alicui adiiciatur, e. g. *albus paries*. Ut autem Substantivum vel *Proprium* est, vel *Appellativum*, seu *Commune*: sic etiam

Ad-

Adiectivum suo modo aliud est, *a*) Proprium, vel si quis mavult, *Speciale*, quod vel uni alicui, vel paucis tantum Substantivis adiici potest e. g. *Gradivus*, *a*, *um*, Marti; *Cyllenius*, *a*, *um*, Mercurio; sic Adiectiva specialia possunt dici: *Meracum vinum*, *obstipum caput*, *sudum coelum*, *sorbile ovum*, *latrans canis*: tametsi quaedam interdum, ut in Instit. Orat et Poet. dicitur, et aliis rebus possunt tribui per tropum e. g. *latrans stomachus*: b) aliud *commune*, seu generale, quod pro re nata quibuslibet, aut saltem pluribus Substantivis adiici potest, e. g. *bonus*, *malus*, *magnus*, *parvus*, *albus*, *niger*, etc.

Nota. 2) Cum Adiectiva Substantivis adiecta eorundem etiam *casus*, *numeros*, *genera* etc. habeant; complura de his in Substantivorum iam doctrina dicta sunt: hic de sequentibus agere sufficiet:

I.

DE TERMINATIONE ADIECTIVORUM

Quot terminationum sunt Adiectiva ratione motionis?

Omne Adiectivum vel est *a*) trium Terminationum, quorum Masculina in *us*, *er*, *ur*, in secunda Declinatione desinunt, ut:

Doctus,	*docta*,	*doctum*.
Pulcher,	*pulchra*,	*pulchrum*,
Satur,	*satura*,	*saturum*,

vel *b*) duarum Terminationum; ut:

Brevis, *breve*.

vel *c*) unius Terminationis; ut:

Felix, *sapiens*, *pauper*, *vetus*.

Nota 1) Mutatio ex uno genere in aliud vocatur *Motio Nominis*, e. g. Hic *doctus*, haec *docta*, hoc *doctum*. Hic haec *brevis*, et hoc *breve*.

Na-

Nota. 2) Adiectiva nonnulla sunt *abundantia*, i. e. duplicem terminationem habent; e. g. Hic et haec *exanimis*. hoc *exanime*; vel *exanimus*, *exanima*, *exanimum*.

Nota 3) Adiectivorum quorumdam singulares terminationes ex usu discendae sunt. e. g. *acer*, *aceris*: *acere*: *alacer*, *alaceris*, *alacere*, *celeber*, *celebris*, *celebre*; item: *celer*: *campester*, *pedester*, *equester*, *paluster*, *saluber*, *silvester*, *volucer*. In Adiectivis his abundantibus in *is*, et *er*, videndum est, quas terminationes magis probat usus. Cicero *acer*; et *alacer*, Masculino genere usurpat; non *acris*, vel *alacris*; *salubris* autem et *celebris* Masculino frequentius inveniuntur, quam *saluber* et *celeber*. *Equester* et *equestris*, utrumque Ciceronis est. *Ager palustris*. Colum. *celer* et *acer* apud Naevium, Lucretium, et Claudinum etiam, in Faeminino leguntur, *acer hyems*, *acer fames* etc. quod notandum magis, quam imitandum.

II.

DE DECLINATIONE ADIECTIVORUM.

Ad quam Declinationem pertinent Adiectiva?

Adiectiva desinentia in *us*, pertinent ad primam et secundam, ut: *doctus*, *a*, *um*, uti et Nomina Adiectiva in *er*, et *ur*, finita; ut: *piger*, *satur*. Masculinum declinatur ut *Dominus*; Faemininum ut *Mensa;* Neutrum ut *Templum*. Caetera cuiuscunque Declinationis sint, referuntur ad tertiam: quartae enim et quintae Declinationis nulla sunt Adiectiva.

PARADIGMA ADIECTIVI IN US, A, UM. TRIUM TERMINATIONUM.

Singulariter.

N. Hic bonus, haec bona, hoc bonum. *Ez a' jó.* Der Gute, die Gute, das Gute. Tento dobrý, táto dobrá, toto dobré. Ovaj

do

dobar, ova dobra, ovo dobro. *Ov dober, ova dobra, ovo dobro.*

G. Huius boni, bonae, boni. *Ezé a' jóé.* Des Guten, der Guten, des Guten. Tohoto dobrýho, tegto dobreg, tohoto dobrého. Ovoga dobroga, ove dobre, ovoga dobroga. *Ovoga dobroga, ove dobre, ovoga dobroga.*

D. Huic bono, bonae, bono. *Ennek a' jónak.* Dem Guten, der Guten, dem Guten. Tomuto dobrýmu, tegto dobreg, tomuto dobrýmu. Ovomu dobromu, ovoj dobroj, ovomu dobromu. *Ovomu dobromu, ovoj dobri, ovomu dobromu.*

A. Hunc bonum, hanc bonam, hoc bonum. *Ezt a' jót.* Dem Guten, die Gute, das Gute. Tohoto dobrýho, tuto dobru, tohoto dobreho. Ovoga dobroga, ovu dobru, ovo dobro. *Ovoga dobroga, ovu dobru, ovo dobro.*

V. O bone, bona, bonum. *O jó.* O du Guter, o du Gute, o du Gutes. O dobrý, o dobrá, o dobré. O dobar, o dobra, o dobro. *O dober, o dobra o dobro.*

A. Ab hoc bono, ab hac bona, ab hoc bono. *Ettöl a' jótól.* Von dem Guten, von der Guten, von dem Guten. Od tohoto dobrýho, od tegto dobreg, od tohoto dobrého. Od ovoga dobroga, od ove dobre, od ovoga dobroga. *Od ovoga dobroga; od ove dobre, od ovoga dobroga.*

Pluraliter.

N. Hi boni, hae bonae, haec bona. *Ezek a' jók.* Die Guten. Dobrj, dobré. Ovi dobri, ove dobre, ovadobra. *Ovi dobri, ove dobre, ova dobra.*

G. Horum bonorum, harum bonarum, horum bonorum. *Ezeké a' jóké.* Der Guten. Dobrých. Oviuh dobriuh. *Oveh dobreh.*

D. His bonis. *Ezeknek a' jóknak.* Den Guten. Dobrým. Ovimah dobrimah. *Ovem dobrem.*

A.

A. Hos bonos, has bonas, haec bona. *Ezeket a' jókat.* Die Guten. Dobté. Ove dobre, ove dobre, ova dobra. *Ove dobre, ove dobre, ova dobra.*

V. O boni, bonae, bona. *O jók.* O ihr Gute O dobrj, dobré. O dobri, o dobre, o dobra. *O dobri, o dobre, o dobra.*

A. Ab his bonis. *Ezektől a' jóktól.* Von den Guten. Od dobrých. Od oviuh dobriuh. *Od oveh dobreh.*

Sic declinabitur: Acerbus, acidus, acutus, altus, amarus, amoenus, amplus, aegrotus, aeternus, angustus, anxius, aptus, arcanus, argutus, astutus, avarus, balbus, bellus, beatus, etc. In *er* ruber, aeger, prosper, integer, acer, lacer, macer, etc.

Nota. Sequentia decem adiectiva in Genitivo singulari exeunt in *ius*, in Dativo in *i*, caetera declinantur ut bonus.

Alter,	altera,	alterum,	alterius,	alteri.
Alius,	alia,	aliud,	alius,	alii.
Solus,	sola,	solum,	solius,	soli.
Totus,	tota,	totum,	totius,	toti.
Unus,	una,	unum,	unius,	uni.
Nullus,	nulla,	nullum,	nullius,	nulli.
Uter,	utra,	utrum,	utrius,	utri.
Neuter,	neutra,	neutrum,	neutrius,	neutri.
Uterque,	utraque,	utrumque,	utriusque.	utrique.

Alterutter, alterutra, alterutrum, alterutrius, vel, alteriusutrius, alterutri.

PARADIGMA ADIECTIVI TERTIAE DECLINATIONIS DUARUM TERMINATIONUM.

Singulariter.

N. Hic acer, haec acris, hoc acre. *Ez az éles.* Der, die, das scharfe. Tento ostrý, tato ostra, toto ostré. Ov oster, ova ostra ovo ostro. *Ovaj oshtar, ova oshtra, ovo oshtro.*

G.

G. Huius acris. *Ezé az élesé.* Des, der, des scharfen. Tohoto ostrýho, ostrég, ostrého. Ovoga ostroga, ove ostre, ovoga ostroga. *Ovoga oshtroga, ove oshtre, ovoga oshtroga.*

D. Huic acri. *Ennek az élesnek.* Dem, der, dem scharfen. Tomuto ostrýmu, ostreg, ostrému. Ovomu, ostromu, ovoj ostri, ovomu ostromu. *Ovomu oshtromu, ovoj oshtrój, ovomu oshtromu.*

A. Hunc, vel hanc acrem, et hoc acre. *Ezt az élest.* Den scharfen, die scharfe, das scharfe. Tohoto ostrýho, tuto ostru, toto ostré. Ovoga ostroga, ovu ostru, ovo ostro. *Ovoga oshtrogá, ovu oshtru, ovo oshtro*

V. O acer, acris, acre. *O éles.* O du scharfer. o du scharfe, o du scharfes. O ostrý, ostrá, ostré. O oster, o ostra, o ostro. *O ostar, o oshtra, o oshtro.*

A. Ab hoc, hac, hoc acri. *Ettől az éleستől.* Von dem, der, dem scharfen. Od tohoto ostrýho, od tegto ostreg, od tohoto ostrého. Od ovoga ostroga, od ove ostre, od ovoga ostroga. *Od ovoga oshtroga, od ove oshtre, od ovoga oshtroga.*

Pluraliter.

N. Hi, et hae acres, et haec acria. *Ezek az élesek.* Die scharfe. Týto ostrý, této ostré. Ovi ostri, ove ostre, ova ostra. *Ovi oshtri, ove oshtre, ova oshtra.*

G. Horum, harum, horum acrium. *Ezeké az éleseké.* Der scharfen Techto ostrých. Oveh ostreh. *Oviuh oshtrih.*

D. His acribus. *Ezeknek az éleseknek.* Den scharfen. Timto ostrým. Ovem ostrem. *Ovima oshtrima.*

A. Hos has acres, et haec acria. *Ezeket az éleseket.* Die scharfe. Týto ostré. Ove ostre, ova ostra. *Ove oshtre, ova oshtra.*

V. O acres, et acria. *O élesek.* O ihr scharfe. O ostri. O ostrí, o ostre, o ostra. *O oshtri, o oshtre, o oshtra.*
A. Ab his acribu. *Ezektől az élesektől.* Von den scharfen. Od tichto ostrých. Od oveh ostreh. *Od oviuh oshtriuh.*

Sic declinabitur: Alacer, celer, equester, pedester, celeber, silvester, saluber, campester.

Singulariter.

N. Hic, haec brevis, et hoc breve. *Ez a' rövid.* Der, die, das kurze. Tento krátky, tato krátka, toto krátke. Ov kratek, ova kratka, ovo kratko. *Ovaj Kratak, ova kratka, ovo kratko.*
G. Huius brevis. *Ezé a' rövidé.* Des, der, des kurzen. Tohoto krátkyho, tegto krátkeg, tohoto krátkého. Ovoga kratkoga, ove kratke, ovoga kratkoga. *Ovoga kratkoga, ove kratke, ovoga kratkoga.*
D. Huic brevi. *Ennek a' rövidnek.* Dem, der dem kurzen. Tomuto krátkýmu, tegto krátkeg, tomuto krátkemu. Ovomu kratkomu, ovoj kratkoj, ovomu kratkomu. *Ovomu kratkomu, ovoj kratkoj, ovomu kratkomu.*
A. Hunc, hanc brevem, et hoc breve. *Ezt a' rövidet.* Den kurzen, die kurze, das kurze. Tohoto krátkýho, tuto krátku, toto krátke. Ovoga kratkoga, ovu kratku, ovo kratko. *Ovoga kratkoga, ovu kratku, ovo kratko.*
V. O brevis, et breve. *O rövid.* O du kurzer, kurze, kurzes. O krátky, krátká, krátke. O kratek, o kratka, o kratko. *O kratak, o kratka, o kratko.*

A.

A. Ab hoc, ab hac, ab hoc brevi. *Ettől a' rövidtől.* Von dem, der, dem kurzen. Od toho-to krátkyho, od tegto krátkeg, od tohoto krátkého. Od ovoga kratkoga, od ove kratke, od ovoga kratkoga. *Od ovoga kratkoga, od ove kratke, od ovoga kratkoga.*

Pluraliter.

N. Hi, et hae breves, et haec brevia. *Ezek a' rövidek.* Die kurze. Týto krátky, této krátke. Ovi kratki, ove kratke, ova kratka. *Ovi kratki, ove kratke, ova kratka.*

G. Horum, harum, horum brevium. *Ezeké a' rövideké.* Der kurzen. Týchto krátkých. Oviuh kratkih. *Oveh kratkeh.*

D. His brevibus. *Ezeknek a' rövideknek.* Den kurzen. Týmto krátkým. Ovem kratkem. *Ovima kratkima.*

A. Hos, has breves, et haec brevia. *Ezeket a' rövideket.* Die kurze. Tyto krátky, této krátke. Ove kratke, ove kratke, ova kratka. *Ove kratke, ove kratke, ova kratka.*

V. O breves, o brevia. *O rövidek.* O ihr kurze. O krátke. O kratki, o kratke, o kratka. *O kratki, o kratke, o kratka.*

A. Ab his brevibus. *Ezektől a' rövidektől.* Von den kurzen. Od týchto krátkých. O oveh kratkeh. *Od oviuh kratkih.*

Sic declinabitur: Aequalis, amabilis, crudelis, turpis, tristis, fortis, mollis, lenis, gravis, levis, hilaris, mitis, suavis, vilis, exilis, tenuis, rudis, agrestis, infamis, mediocris, etc.

PARADIGMA ADIECTIVI UNIUS TERMINATIONIS.

Singulariter.

N. Hic, haec, hoc felix. *Ez a' bóldog.* Der, die, das glückselige. Tento sstastliwy, tato sstastliwá, toto sstastliwé. Ov Szrechen, ova szrechna, ovo szrechno. *Ov srichan, ova srichna, ovo srichno.*

G. Huius felicis. *Ezé a' bóldogé.* Des, der, des glückseligen. Tohoto sstastliwého, tegto sstastliweg. Ovoga szrecsnoga, ove szrecsne, ovoga szrecsnoga. *Ovoga sricsnoga, ove sricsne, ovoga sricsnoga.*

D. Huic felici. *Ennek a' bóldognak.* Der, dem, der glückseligen. Tomuto sstastliwemu, tegto sstastliweg Ovomu szrecsnomu, ovoj szrecsnoj, ovomu szrecsnomu. *Ovomu sricsnomu, ovoj sricsnoj, ovomu sricsnomu.*

A. Hunc, hanc felicem, et hoc felix. *Ezt a' bóldogot.* Den, die, das glückselige. Tohoto sstastliwiho, tuto sstastliwu, toto sstastliwé. Ovoga szrecsnoga, ovu szrecsnu, ovo szrecsno. *Ovoga sricsnoga, ovu sricsnu, ovo sricsno.*

V. O felix. *O bóldog.* O du glückseliger, glückselige, glückseliges. O sstastliwy, sstastliwá, sstastliwé. O szrecsen, o szrecsna, o szrecsno. *O srichan, o srichna, o srichno.*

A. Ab hoc, hac, hoc felice, vel felici. *Ettől a' bóldogtól.* Von dem, der, dem glückseligen. Od tohoto sstastliwiho, tegto sstastliweg, tohoto sstastliwého. Od ovoga szrecsnoga, od ove szrecsne, od ovoga szrecsnoga. *Od ovoga sricsnoga, od ove sricsne, od ovoga sricsnoga.*

Plu-

Pluraliter.

N. Hi hae felices, et haec felicia. *Ezek a' bóldogok.* Die glückselige. Týto sstaslíwi, této sstaslíwé. Ovi szrecsni, ove szrecsne, ova szrecsna. *Ovi sricsni, ove sricsne, ova sricsna.*

G. Horum, harum, horum felicium. *Ezeké a' bóldogoké.* Der glückseligen. Tychto sstaslíwich. Oveh szrecsneh. *Oviuh sricsniuh.*

D. His felicibus. *Ezeknek a' bóldogoknak.* Den glückseligen. Tymto sstslaiwým. Ovem szrechnem. *Ovima srichnima.*

A. Hos has felices, et haec felicia. *Ezeket a' bóldogokat.* Die glückselige. Týto sstaslíwi, této sstaslíwé. Ove szrecsne, ove szrecsne, ova szrecsna. *Ove sricsne, ove sricsne, ova sricsna.*

V. O felices, et felicia. *O bóldogok.* O ihr glückselige. O sstaslíwi, sstaslíwé. O szrechni, o szrechne, o szrechna. *O srichni, o srichne, o srichna.*

A. Ab his felicibus. *Ezektől a' bóldogoktól.* Von den glückseligen. Od tychto sstastlíwých. Od oveh szrechneh. *Od oviuh srichniuh.*

Sic declinabitur: Amens, atrox, demens, constans, diligens, fallax, socors, iners, discors, frequens, loquax, prudens, decens, pernix, ferox, audax, praesens, velox, petulans, etc. Nostras, cuias.

III.

DE

COMPARATIONE ADIECTIVORUM.

1) REGULARIUM.

Quid est Comparatio?

Est variatio Adiectivi cuiuscunque generis per gradus, ut:

Doctus	Doctior	Doctissimus.
Docta	Doctior	Doctissima.
Doctum	Doctius	Doctissimum.

Quot sunt gradus Comparationis?

Tres: Positivus, Comparativus, et Superlativus.

Quid est Positivus Gradus?

Est prima vox Adiectivi, quae rem absolute, simpliciterque significat; ut: *magnus, parvus.*

Quot sunt Terminationes Positivi.

Septem: er, es, is, us, ns, rs, et x.; ut: *pulcher, locuples, fortis, doctus, sapiens, solers, felix.*

Quid est Comparativus Gradus?

Est, qui rem vel attollit, vel deprimit; ut: *major, minor;* seu cui adverbium magis adiungi potest. ut: *doctior*, id est: *magis doctus.*

Quid

Quid est Superlativus Gradus?

Est, qui rem vel in summo loco, vel in infimo collocat; ut: *maximus*, *minimus*; seu cui adverbium *valde* seu *maxime* adiungi potest; ut: *doctissimus*; id est: *valde*, *vel maxime doctus*.

Nota. Superlativo efferuntur Adiectiva, quibus in vernaculo Adverbia *valde*, *supramodum*, *mirifice*, *singulariter*, *prae ceteris*, aliique eiusmodi rem extollentes loquendi modi praeponuntur. Sic loco *Carbonis instar niger*, dices: *nigerrimus*; supra nivem candidus, *candidissimus*.

A quo casu formantur Comparativa, et Superlativa.

Comparativa fiunt a casu i Littera finito addita Syllaba *or*: Superlativo vero addito *s*, *et* Syllabis *simus*, ut: *Iustus*, *iusti*, *iustior*, *iustissimus*, *Fortis*, *forti*, *fortior*, *fortissimus*.

Sic. Nomina in us. Aequus, amplus, aptus, blandus, carus, clarus, largus, etc. *In is*, Communis, nobilis, illustris, crudelis, dulcis, gravis, etc. *In ens*, Constans, diligens, clemens, demens, etc. *In x*, Felix velox. fugax, mordax, etc.

Ta-

Tabula II. Comparationum Reg. Gradus Positivus, Comparativus, et Superlativus

In Singulari.	N.	m.	Pro	-ior	-is-simus.
		f.	Diversitate	-ior,	-is-sima.
		n.	Suae Term.	-ius,	-is-simum.
	G.	m.	-i, (is)	-ioris,	-simi.
		f.	-ae, (is)	-ioris,	-simae.
		n.	-i, (is)	-ioris,	-simi.
	D.	m.	-o, (i)	-iori,	-simo.
		f.	-ae, (i)	-iori,	-simae.
		n.	-o, (i)	-iori,	-simo.
	Ac.	m.	-um (em)	-iorem,	-simum.
		f.	-am (em)	-iorem,	-simam.
		n.	-um (ut No.)	-ius,	-simum.
	V.	m.	-us facit e, in	-ior,	-sime.
		f.	reliquis simi-	-or,	-sima.
		n.	lis est Nom.	-ius,	-simum.
	Ab.	m.	-o, (i, quaed. e.	-iore, v. iori,	-simo.
		f.	-a, (i, quaed. e.	-iore, v. iori,	-sima.
		n.	-o, (i, quaed. e.	-iore, v. iori,	-simo.
In Plurali.	N.	m.	-i, (es)	-iores,	-simi.
		f.	-ae, (es)	-iores,	-simae.
		n.	-a, quaed. ia)	-iora,	-sima.
	G.	m.	-orum, (um)	-iorum,	-simorum.
		f.	-arum, (quaed.)	-iorum,	-simarum.
		n.	-orum, (ium)	-iorum,	-simorum.
	D.		-is, (ibus)	-ioribus,	-simis, p.o.t.g.
	Ac.	m.	-os, (es)	-iores,	-simos.
		f.	-as, (es)	-iores,	-simas.
		n.	-a, (a. quaed. ia)	-iora,	-sima.
	V.	m.	-i, (es)	-iores,	-simi.
		f.	-ae, (es)	-iores,	-simae.
		n.	-a, (a. quaed. ia)	-iora,	-sima.
	Ab.		-is, (ibus)	-ioribus,	-simis. p. t. g.

P A-

PARADIGMA I.

Comparativi: *Brevior, brevius.*

Singulariter.

N. Hic, haec brevior, et hoc brevius. *Ez a' rövidebb.* Der, die, das kürzere. Tento kratšý, tato kratšá, toto kratšé. Ovaj kratchi, ova kracha, ovo kratche. *Ov krajshi, ova krajsha, ovo krajshe.*

G. Huius brevioris. *Ezé a' rövidebbé.* Des kürzeren, der kürzeren, des kürzeren. Tohoto kratšýho, tegto kratšeg, tohoto kratšého. Ovoga kratchega, ove kratche, ovoga kratchega: *Ovoga krajshega, ove krajshe, ovoga krajshega.*

D. Huic breviori. *Ennek a' rövidebbnek.* Dem kürzeren, der kürzeren, dem kürzeren. Tomuto kratšýmu, tegto kratšeg, tomuto kratšemu. Ovomu kratchemu, ovoj kratchoj, ovomu kratchemu. *Ovomu krajshemu, ovoj krajshi, ovomu krajshemu*

A. Hunc, hanc breviorem, et hoc brevius. *Ezt a' rövidebbet.* Den kürzeren, die, das kürzere. Tohoto kratšýho, tuto kratšu, tohoto kratšeho Ovoga kratchega, ovu kratchu, ovo kratche. *Ovoga krajshega, ovu krajshu, ovo krajshe.*

V O brevior, et brevius, *o rövidebb* O du kürzerer, kürzere, kürzeres. O kratšý, kratšé. O kratchi, o kratcha, o kratche. *O krajshi, o krajsha, o krajshe.*

A. Ab hoc hac hoc breviore, vel breviori. *Ettől a' rövidebbtől.* Von dem, der, dem kürzeren. Od tohoto kratšýho, tegto kratšeg, tohoto kratšého. Od ovoga kratchega, od ove kratche, od ovoga kratchega. *Od ovoga krajshega, od ove krajshe, od ovoga krajshega*

Plu-

Pluraliter.

N. Hi, hae breviores, et haec breviora. *Ezek a' rövidebbek.* Die kürzere. Této kratšsý, této kratšsé. Ovi kratchi, ove kratche, ova kratcha. *Ovi krajshi, ove krajshe, ova krajsha.*

G. Horum, harum, horum breviorum. *Ezeké a' rövidebbeké.* Der kürzeren. Tichto kratšsých. Oviuh kratchiuh. *Oveh krajsheh.*

D. His brevioribus. *Ezeknek a' rövidebbeknek.* Den kürzeren. Timto kratšsým. Ovima kratchima. *Ovem krajshem.*

A. Hos, has breviores, et haec breviora. *Ezeket a' rövidebbeket.* Die kürzere. Týto kratšsý, teto kratšse. Ove kratche, ove kratche, ova kratcha. *Ove krajshe, ove krajshe, ova krajsha.*

V. O breviores, et breviora. *O rövidebbek.* O ihr kürzere. O kratšsý, o kratšsé. O kratchi, o kratcha, o kratche. *O krajshi; o krajshe, o krajsha.*

A. Ab his brevioribus *Ezektöl a' rövidebbektöl.* Von den kürzeren. Od tychto kratšsých. Od oviuh kratchiuh. *Od oveh krajsheh.*

Nota. In hunc modum omnia comparativa declinantur.

PARADIGMA II.

Nominativo.

N. Hic doctus, doctior, doctissimus. Haec docta, doctior, doctissima. Hoc doctum, doctius, doctissimum. *Ez a' tudós, tudósabb, leg tudósabb* Der gelehrte, gelehrtere, gelehrteste. Tento včený, včenegšsý, negučenegšsý. Ov vuchen, vucheneshi, najvucheneshi. Ova vuchena, vuchenesha, najvuchenesha. Ovo vucheno, vucheneshe, najvucheneshe. *Ovaj ucsen, ucsenii, najucsenii, Ova ucsna, ucsenia, najucsenia. Ovo ucsno, ucsenie, najucsenie.*

Positivum, et Superlativum declinabis in reliquis casibus, ut: *Bonus, bona, bonum.* Comparativum vero, ut: *Brevior, brevius.*

EXCEPTIO I.

Positiva *er* Syllaba terminata gignunt Superlativum addito *rimus*, ut: *Tener, tenerrimus, saluber, saluberrimus.*

Sic. Pulcher, macer, ruber, niger, aeger, miser, asper, prosper, liber. creber, acer, celer, glaber, vetus, antiquis veter, veterrimus, maturus maturissimus, et maturrimus forte per contractionem, vel ab antiquo *matur. Tacit. annal.* 12. 65. 5: *maturrimum robur aetatis.* Deterior, deterrimus ab obsoleto deter, a, um. A. dexter) et sinister, dexterior, sinisterior *Svet. in Tib. C.* 6. sine Superlativo. Nam dextimus, et sinistimus idem sunt, quod dexter et sinister. *Priscianus* L. III. loco sinisterior *sinistrior* contracte scribit.

PARADIGMA III.

In er *Secundae Declinationis.*

Nominativo.

Pulcher, pulchrior, pulcherrimus. Pulchra, pulchrior, pulcherrima. Pulchrum, pulchrius, pulcherrimum. *Szép, szebb, leg-szebb.* Der schöne, schönere, schönste. Tento pěkný, pěknégssý, negpěknégssý. Ov lep, lepshi, najlepshi. Ova lepa, lepsha, najlepsha. Ovo lepo, lepshe, najlepshe. *Ovuj lip, lipshi, najlipshi. Ova lipa, lipsha, najlipsha. Ovo lipo, lipshe, najlipshe.*

Reliqui casus sequuntur formationem bonus, et brevior, praeter Vocativum Singularis numeri, qui similis est Nominativo.

PARADIGMA IV.

In er Tertiae Declinationis.

Nominativo.

Acer, acrior, acerrimus. Acris, acrior, acerrima. Acre, acrius, acerrimum. *Éles, élesebb, leg-élesebb.* Der scharfe, schärfere, schärfeste. Ostrý, ostregssý, neyostregssý. Ovaj oshtar, oshtrii, najoshtrii. Ova oshtra, oshtria, najoshtria. Ovo oshtro, oshtrie, najoshtrie. *Ov oster, ostreshi, najostreshi. Ova ostra, ostresha, najostresha. Ovo ostro, ostreshe, najostreshe.*

Reliqui Casus ut brevior; et bonus.

PARADIGMA V.

In us *Tertiae Declinationis omnis generis.*

Nominativo.

Vetus, veterior, veterrimus. Vetus, veterior, veterrima. Vetus, veterius, veterrimum. *Régi, régiebb, leg régiebb.* Der alte, ältere, älteste. Tento starý, starssý, negstarssý. Ovaj stari, starji, najstarji. Ova stara, starja, najstarja. Ovo staro, starje, najstarje. *Ov ztar, ztareshi, najztareshi. Ova ztara, ztaresha, najztaresha, Ovo ztaro, ztareshe, najztareshe.*

Pluraliter Nominativo.

Veteres, veteriores, veterrimi. Veteres, veteriores, veterrimae. Vetera, veteriora, veterrima. *Régiek, régiebbek, leg-régiebbek.* Die alten, älteren, ältesten. Tito starý, starssý, neystarssý. Ove stari, starji, najstarji. Ove stare, starje, najstarje, Ova stara, starja, najstarja. *Ovi ztari, ztareshi, najztareshi. Ove ztare. ztareshe, najztareshe: Ova ztara, ztaresha, najztaresha.*

EX.

EXCEPTIO II.

Facilis, difficilis, gracilis, humilis, imbecilis, similis, dissimilis, Superlativa pariunt Syllaba *is* mutata in *limus*, ut: *Facillimus, gracillimus, humillimus, imbecillimus, et imbecillissimus, simillimus. Suet, in Nerone Cap.* 15. *fuit gracillimis cruribus:* nonnulli, ut: *Priscianus*, addunt: *agillimus. Valla: docillimus:* Ex *Cassiodoro* adferunt etiam *utillimus*; sed exempla ex Auct. Class. non suppetunt. Cic. I. 9. ep. 9. sic enim *facillime*, quod tibi *utillissimum* erit, consilii capies.

PARADIGMA VI.

Adiectivi in lis.

Nominativo.

Humilis, humilior, humillimus. Humilis, humilior, humillima. Humile, humilius, humillimum. *Alázatos, alázatossabb, leg-alázatossabb.* Der demüthige, demüthigere, demüthigste. Ten-to pokorny, pokornegssy, negpokornegssy. Ov ponizen, ponizneshi, najponizneshi. Ova ponizna, poniznesha, najponiznesha. Ovo ponizno; ponizneshe, najponizneshe. *Ovaj ponizan, poniznii, najponiznii. Ova ponizna, poniznia, najponiznia. Ovo ponizno, poniznie, najponiznie.*

EXCEPTIO III.

Nomina, quae ante *us* Syllabam vocalem habent, raro Comparativa, aut Superlativa gignunt, ut: idoneus, noxius, arduus: his in Comparativo *magis*: in Superlativo *maxime* praefigitur.

Nota. Reperiuntur tamen nonnulla apud probatos scriptores: ut Lucret. L. IV. nam nihil *egregius* i. e. magis egregium. *Assiduiores* canes occurrit apud Varronem de re rust. L. 2. C. 9. *assiduissime* usus *Svet.* Aug. C. 71. et Cic. in Bruto: *assiduissime* mecum fuit, Dionysius, pars *exiguissima.* Ovid. *strenuissimus* Sallust. Tacit. *Strenuiori* deterior si praedicat suas pugnas de illius ore fiunt sordidae. Plaut. *Piissimus* Curt. Quint. *Vacuissimus* Ovid. de Pont. III. 1.

PARADIGMA VII.

Adiectivi habentis vocalem ante us.

Nominativo.

Hic Idoneus, magis idoneus, maxime idoneus. Haec idonea, magis idonea, maxime idonea. Hoc idoneum, magis, idoneum, maxime idoneum. *Ez az alkalmatos, alkalmatosabb, leg-alkalmatosabb.* Der taugliche, tauglichere, tauglichste. Tento spůsobny, spůsobnegssý, neyspůsobnegssý. Ov prikladen, prikladneshi, najprikladneshi. Ova prikladna, prikladnesha, najprikladnesha. Ovo prikladno, prikladneshe. najprikladneshe. *Ovaj prikladan, prikladnii, najprikladnii. Ova prikladna, prikladnia, najprikladnia. Ovo prikladno, prikladnie, najprikladnie.*

EXCEPTIO IV.

A Nominibus ex Verbis facio, dico, volo, loquor compositis Comparativa in *entior*, Superlativa in *entissimus* exeunt: Magnificus, magnificentior, magnificentissimus; Maledicus, maledicentior, maledicentissimus. Benevolus, benevolentior, benevolentissimus.

Sic. Munificus, beneficus, malevolus, vaniloquus, mirificus, olim *mirificissimus:* ut Facinus *mirificissimum* dicit Terent. Cuius modi, et alia quaedam apud ve-

vetustissimos leguntur; sic: *Magnificissimus*, *Beneficissimus* Valla I. o. Sed quae interdum iocose et ad movendum populo risum a Comicis usurpata sunt; iis tironi uti haud licet.

PARADIGMA VIII.

Adiectiva in dicus, ficus, loquus, volus.

Maledicus, maledicentior, maledicentissimus. Maledica, maledicentior, maledicentissima. Maledicum, maledicentius, maledicentissimum. *Átkozódó, átkozódóbb, leg-átkozódóbb.* Der übelredende, übelredendere, übelredendeste. Tento zlorečený, zlorečenegssý, neyzlorečenegssý. Ov zlorechliv, zlorechliveshi, najzlorechliveshi. Ova zlorechliva, zlorechlivesha, najzlorechlivesha. Ovo zlorechlivo, zlorechliveshe, najzlorechliveshe. *Ovaj zlogovoran, zlogovornii, najzlogovornii. Ova zlogovorna, zlogovornia, najzlogovornia. Ovo zlogovorno, zlogovornie, najzlogovornie.*

Reliqui Casus, ut: *Bonus, et Brevior.*

---

2. DE COMPARATIONE ADIECTIVORUM IRREGULARIUM.

Nominativo.

Bonus, melior, optimus. Bona, melior, optima. Bonum, melius, optimum. *Jó, jobb, legjobb.* Der gute, bessere, beste. Tento dobrý, lepssý, neylepssý. Ov dober, bolshi, najbolshi. Ova dobra, bolsha, najbolsha. Ovo dobro, bolshe, najbolshe. *Ovaj dobar, bolji, najbolji. Ova dobra, bolja, najbolja. Ovo dobro, bolje, najbolje.*

No-

Nominativo.

Malus, peior, pessimus, Mala, peior, pessima. Malum, peius, pessimum. *Gonosz, gonoszabb, leg-gonoszabb.* Der böse, bösere, böseste. Tento zlý, horssý, neghorssý. Ov hman, gorshi, najgorshi. Ova hman, gorsha, najgorsha. Ovo hman, gorshe, najgorshe. *Ovaj zla, gorji najgorji. Ova zla, gorja, najgorja. Ovo zlo, gorje, najgorje.*

Nominativo.

Magnus, maior, maximus. Magna, maior, maxima. Magnum, maius, maximum. *Nagy, nagyobb, leg-nagyobb.* Der große, größere, größte. Tento welký, wětssý, neywětssý. Ov velek, vekshi, najvekshi. Ova velika veksha, najveksha. Ovo veliko, vekshe, najvekshe. *Ovaj velik, vechi, najvechi. Ova valika, vecha, najvecha. Ovo veliko, veche, najveche.*

Nominativo.

Parvus, minor, minimus. Parva, minor, minima. Parvum, minus, minimum. *Kitsiny, kissebb, leg-kissebb.* Der kleine, kleinere, kleinste. Tento malý, menssý, neymenssý. Ov mal, menshi, najmenshi. Ova mala, mensha, najmensha. Ovo malo, menshe, najmenshe. *Ovaj malen, manji, najmanji. Ova malenja, manja, najmanija. Ovo maleno, manje, najmanje.*

Nota. Lucret. I. 3. *parvissima* Corpora dixit, quod mirandum potius, quam imitandum.

Singulariter Nominativo.

Multus, plurimus, Multa, plurima. Multum, plurimum. *Sok, leg-több.* Viele, mehreste. Tento mnohý, negmnožssý. Ov vnogi, najvnogeshi.

Ova

Ova vnoga, najvnogesha. Ovo vnogo, najvnogeshe. *Ovaj mlogi, najvishji. Ova mloga, najvishja. Ovo mlogo, najvishje.*

Gen. Multi, plurimi. Multae, plurimae. Multi, plurimi. *Soké, leg-többé.* Vielen, mehresten. Toхoто mnoхyхo, negmnožſſýхo. Ovoga mlogoga, najvishjega. Ove mloge, najvishje; Ovoga mlogoga najvishjega. *Ovoga vnogoga, najvnogeshega. Ove vnoge, najvnogeshe. Ovoga vnogoga, najvnogeshega.*

Dat. Multo, plurimo. Multae, plurimae. Multo, plurimo. *Soknak, leg-többnek.* Vielen, mehresten. Tomuto mnoхymu, negmnožſſýmu. Ovomu mlogomu, najvishjemu. Ovoj mlogoj, najvishjoj. Ovomu mlogomu, najvishjemu. *Ovomu vnogomu, najvnogeshemu. Ovoj vnogi, najvnogeshi, Ovomu vnogomu, najvnogeshemu.*

Ac. Multum, plurimum. Multam, plurimam. Multum, plurimum. *Sokat, leg-többet.* Vielen, mehresten. Toхoто mnoхyхo, negmnožſſýхo. Ovoga mlogoga najvishjega. Ovu mlogu, najvishju. Ovo mlogo, najvishje. *Ovoga vnogoga, njvnogeshega. Ovu vnogu, najvnogeshu. Ovo vnogo, najvnogeshe.*

Voc. o Multae, plurimae. Multa, plurima Multum, plurimum. *O sok, leg-több.* Viele, mehreste. O mnoхý, negmnožſſý. O mlogi, najvishji. O mloga najvishja. O mlogo najvishje. *O vnogi najvnogeshi. O vnoga, najvnogesha. O vnogo najvnogeshe.*

Abl. ab hoc Multo, plurimo. ab hac Multa plurima. ab hoc Multo, plurimo. *Soktól, leg-többtől.* Von vielen, mehresten. Od mnoхýхo, negmnožſſýхo. Od ovoga mlogoga najvishega. Od ove mloge, najvishje. Od ovoga mlogoga, naj-

vishjega. *Od ovoga vnogoga, najvnogeshega. Od ove, vnoge najvnogeshe. Od ovoga, vnogoga, najvnogeshega.*

Pluraliter Nominativo.

Multi, plures, plurimi. Multae, plures, plurimae. Multa, plura, plurima, *Sokák, többek, leg-többek.* Viele, mehrere, mehreste. Týto mnozý, mnozssý, negmnozssý. Ovi mlogi, najvishji. Ove mloge, najvishje. Ova mloga, najvishja. *Ovi vnogi najvnogeshi. Ove vnoge najvnogeshe. Ova vnoga najvnogesha.*

Reliqui casus, ut: *bonus brevior.*

Nota 1) Multus in Singulari per omnia genera comparativo caret. Nam etiamsi reperitur: *Plus, pluris, plura* in neutro singulari: tamen *Plus* illud in Singulari videtur semper esse Substantivum. e. g. *plus cibi, quam potus.* Imo Asinius apud Gell. L. 5. C. 21. *Plus* putat Positivum esse. In Plurali vero Comparatur per omnia genera; *Plures, et Plura*, pro quo veteres etiam *Pluria* dixere. In Editionibus nonnullis Cic. ad At. L. xi. ep. 2. legitur: ex *multissimis*, et miserrimis curis est una enata; hodie legitur, ex *multis meis.*

Nota 2) Ad Anomala referunt quidam etiam: *potis, potissimus: nequam, nequior, nequissimus.*

DEFECTIVA.

1. Quaedam carent Positivo: ut: Deterior, deterrimus, ocior, ocissimus, citerior, citimus, interior, intimus, prior, primus, proprior, proximus, ulterior, ultimus.

2) Quaedam Comparativo; ut: Invitus, invitissimus: novus, novissimus. *Sic* Sacer, diversus, falsus, fidus, persuasus, meritus, inclitus, invictus etc.

3) Quaedam superlativo, ut: Adolescens, adolescentior, Juvenis, iunior. Item senex, sinister, taciturnus, licens, coecus, propinquus, longinquus, etc.

4) Quaedam Positivo, et Superlativo; ut sequior, anterior.

5) Fiunt interdum a Superlativis rursus Comparativa, et Superlativa: ut a proximus, *proximior* dixit Seneca Postremus *postremissimus* Grachus, apud. Gell. L. 2. C. 5. his tamen vix utendum censeo. Huc pertinent Superlativi, qui ab *Incomparabilibus*, vel ioci, vel certitudinis caussa fiunt: sic *geminissimus*, *ipsissimus*, *parissimus* apud Plaut.

APPENDIX.

Nomina Substantiva, *) Pronomina, **) item Interrogativa, Relativa, Infinita, Redditiva, Possessiva, Partitiva, Numeralia, Patria, Gentilia; et quae materiam significant, ut: *Aureus*, *argenteus*, *cedrinus*; ***) ad haec desinentia in *bundus*, et participalia in dus ****) ut *errabundus*, *moribundus*, *sitibundus*, *amandus* etc. neque Comparativa, neque Superlativa, pariunt. Sic. *Ligneus*, *gemmeus*, *lapideus*, *marmoreus*, *aëreus*, *canabinus*, *plumbeus*, *adamantinus*, *laneus*, *agninus*. etc.

*) *Ex Substantivis, interdum risus gratia Plautus Superlativum fingit; ut: o Fatrue, patrue, mi* patruissime,

**) *Praeter* ipsissimus, *ut supra.*

***) *Plinius colorem dixit* purpurissimum.

****) *In nonnullis recepto in Patria usui serviendum; e. g. in titulis Honorum;* Reverendissimus.

Nota I. Huc item referenda sunt, quae a se ipsis iam Superlativum significant; ut: infinitus ingens, *) omniscius, praecipuus, eximius, egregius, heroicus, enormis, omnipotens, immensus, etc. quae omnino incomparabilia sunt, nec *magis*, *vel maxime* admittunt Item *Composita ex fero, gero, animus, iugum, somnus, arma*, ut: fructifer, aurifer, imbrifer, laurifer, corniger, exanimis, biiugis, exsomnis etc. quorum tamen aliqua *magis et maxime* loco Comparativi, et Superlativi recipiunt; Uti et alia nonnulla usu discenda: ut degener, concolor, cicur, fraternus, memor, mirus,

 almus,

almus, balbus, blaesus, canus, canorus, claudus, mancus, compos, impos, egenus, mutus, mutilus, praeditus, crastinus, hodiernus, hesternus, mediocris **) etc. Denique composita ex *per et prae*, ut perdoctus, praedives; Praepositiones enim hae Positivo iunctae significationem superlativi indicant: excipe praeclarus, *rior, rissimus*; praestabilis, *praestabilior*. Inusitata vero, aut per se incomparabilia, si cum *prae* componantur, possunt comparari, ut: praestans, praesens. etc.

*) *Virgilius habet* ingentior. *Cic. in Topicis* Cap. 8. infinitior.

**) *Cic. Lib. I. ad Att. Ep. ult. Hoc vellem mediocrius.*

Admonitio. Omnibus iis ediscendis, quae hic fusius de Adiectivorum comparatione adlata sunt, non est opus adolescentum fatigare memoriam: addita sunt complura, ne in iis, dum in lectione auctorum occurrerint, adhaereant. Ad Magistri prudentiam pertinebit decernere, quaenam ex illis fideli memoriae mandare, ad quae item legenda solum eos adstringere sufficiat. In comparando id in genere observandum, quid probet usus, et Eruditorum auctoritas; tam enim periculosum est adiectivorum comparativos, et Superlativos temere reiicere, quam sine auctoritate admittere. Inculcata iam satis de comparatione adiectivorum doctrina, misceantur subinde, et comparandi dentur omnes tres gradus praefixo Substantivo, v. g. Poeta bonus, melior, optimus. Puer malus, peior pessimus. Digitus parvus, minor, minimus. Lectio facilis, facilior, facillima. Vir magnus, maior, maximus etc.

De Adverbiorum Comparatione suo loco.

IV.

DE ADIECTIVIS.

NUMERALIBUS.

Quot, et quae sunt Species Adiectivorum Numeralium?

Sex: Cardinalia, Ordinalia, Distributiva, Multiplicativa, Proportionalia, et Temporalia.

Coepit,	Meminit.	Novit.	Odit.

Pluraliter.

Coepimus.	Meminimus.	Novimus.	Odimus,
Coepistis.	Meministis.	Novistis.	Odistis.
Coeperunt,	Meminerunt.	Noverunt.	Oderunt.
(ere)	(ere)	(ere)	(ere.)

Praeteritum Plusquam Perfectum.

Singulartier,

Coeperam.	Memineram.	Noveram.	Oderam,
Coeperas.	Memineras.	Noveras.	Oderas.
Coeperat,	Meminerat,	Noverat,	Oderat.

Plu-

Pluraliter.

Coeperamus.	Memineramus	Noveramus.	Oderamus.
Coeperatis.	Memineratis.	Noveratis.	Oderatis.
Coeperant.	Meminerant.	Noverant.	Oderant.

Modus Coniunctivus.

Praeteritum Perfectum.

Singulariter.

Coeperim.	Meminerim.	Noverim.	Oderim.
Coeperis.	Memineris.	Noveris.	Oderis.
Coeperit.	Meminerit.	Noverit.	Oderit.

Pluraliter.

Coeperimus.	Meminerimus.	Noverimus.	Oderimus.
Coeperitis.	Memineritis.	Noveritis.	Oderitis.
Coeperint.	Meminerint.	Noverint.	Oderint.

Praeteritum Plusquam Perfectum.

Singulariter.

Coepissem.	Meminissem.	Novissem.	Odissem.
Coepisses.	Meminisses.	Novisses.	Odisses.
Coepisset.	Meminisset.	Novisset.	Odisset.

Pluraliter.

Coepissemus.	Meminissemus	Novissemus	Odissemus.
Coepissetis.	Meminissetis.	Novissetis.	Odissetis.
Coepissent.	Meminissent.	Novissent.	Odissent.

Futurum.

Singulariter.

Coepero.	Meminero.	Novero.	Odero.
Coeperis.	Memineris.	Noveris.	Oderis.
Coeperit.	Meminerit.	Noverit.	Oderit.

Pluraliter.

Coeperimus.	Meminerimus	Noverimus.	Oderimus.
Coeperitis.	Memineritis.	Noveritis.	Oderitis.
Coeperint.	Meminerint.	Noverint.	Oderint.

Modus Imperativus.

Singulariter.

Caret.	Memento, vel memineris, meminerit.	Noveris. Noverit.	Oderis. Oderit.

Pluraliter.

Caret.	Meminerimus. Mementote, vel memineritis Meminerint.	Noverimus. Noveritis. Noverint.	Oderimus. Oderitis. Oderint.

Modus Infinitivus.

Praeteritum. Perfectum.

Coepisse.	Meminisse.	Novisse.	Odisse.

Futurum.

Coepturum, am, um, esse.	Caret.	Caret.	Osurum, am, um, esse.

Participium.

Praeteritum Perfectum.

Coeptus, a, um.	Caret.	Caret.	Osus, a, um

Futurum

Coepturus, a, um.	Caret.	Caret.	Osurus, a, um

Nota. 1) Quatuor haec verba Praeteritum solum habent, sed Praeteritum sumitur etiam pro Praesenti, quo tempore, et omnibus iis, quae a Praesenti formantur, carent. *Coepio* olim in Praesenti in usu fuit. Plaut. Men. Lites *coepio*.

Nota. 2) Coepi Praeteritum aliud habet Passivae vocis *coeptus, a, um, sum, vel fui; eram, vel, fueram*; in aliis etiam Modis *Coeptus fuissem* etc. iungiturque aliis Passivis Infiniti Modi. e. g. Pons institui *coeptus est* Caes. Vineae *coeptae* agi, Liv.

Ne-

Nota 3) Memineris, noveris, oderis, coeperis etc. quae pro Imperativo usurpantur, sunt modi Coniunctivi.

Nota 4) Novi saepe patitur Syncopen abiecta syllaba *vi*, ut: novisti, *nosti* novistis, *nostis*. Noverunt, *norunt*: noveram, noram, as, at, amus, atis, ant, noverim, *norim*, *ris*, etc. novissem, *nossem*, *nosses*, *et*, *emus*, *etis*, *ent*, noveris *noris*, novisse, *nosse*.

II.

Aio, Inquam; *mondom;* Ich sage; gá prawim. **Velim.** *Velim.*

Modus Indicativus.

Tempus Praesens.

Sing. Aio, ais, ait.	Inquam, is, it.
Plur. Caret, Caret, aiunt.	Inquimus, inquitis, iunt.

Praeteritum Imperfectum.

Sing. Aiebam, as, at.	Inquiebam, bas, bat, (etiam inquibat.)
Plur. Aiebamus, atis, ant.	Inquiebamus, batis, bant

Praeteritum Perfectum.

Sing. — Aisti, Caret	Caret. Inquisti, Caret.

Futurum.

Sing. ———	— Inquies, Inquiet.

Modus Coniunctivus.

Tempus Praesens.

Sing. Aias, aiat.	— Inquias, inquiat.
Plur. — Aiatis, aiant.	— Inquiatis, inquiant

Modus Imperativus.

Tempus Praesens.

Sing. — Ai, —	— Inque, vel inquito.

Participium Praesens.

Aiens.	Inquiens.

Nota. Inquio. etiam nonnunquam reperitur: ita apud Catul. epig. 10 sed rarum est. *Aio* Praesens tantum

tum et Imperfectum habere Grammatici nonnulli contendunt, reliqua tempora rarius saltem occurrere dubio vacat. Plaut. in Imperat. vel *ai*, vel nega.

III.

Forem, fore. *Volnék. lennék, lenni.* Ich wäre, oder würde seyn. Gsem byl, býti. Dabi bil, da budem. *Dabi bio, da bude.*

Forem, fores, foret, *loco* essem, esses, esset,
— — — *loco* — — essent.
Fore, — — *loco* futurum etc.

Nota. Occurrunt etiam eius composita *adfore*: 8. Aen. *adforet* 6. Aen. *Confore* Terent. Andr. *defore* Cic. in Rul. *Profore.* Horat. I. 1. ep. 18. et alia.

IV.

Ad Classem Defectivorum, e quibus nonnulla unum tantum, alterumve tempus, aut personam habent, pertinent etiam sequentia:

FAXO. Futurum indicativi, pro faciam. *Megtselekszem.* Ich werde machen. Včiním. Budem uchinil. *Budem ucsinio.*

Faxim, *is*, *it*, *imus*, *itis*, *int*: In Modo Coniunctivo loco faciam, as, etc. vel fecero.

QUAESO, quaesumus. *Kérlek, kérünk,* Ich biete, wir bitten. Prosým, prosýme. Proszim, proszimo. *Molim, molimo.* Primas tantum Personas Praesentis Indicativi habet.

AVE, *avete*, *aveto*, *avere*, verbum est salutandi. *Isten veled, egészséggel vagy, üdvözlégy.* Sey gegrüßet. Zdraw bud. Daszi zdrav. *Dasi zdrav*: aveo autem, id est concupisco, plura habet tempora.

SALVE, *salvete*, *salvebis*, *salveto*, *salvere*; eadem fere significatio, quae prioris.

CE-

CEDO, est secunda Persona utriusque numeri Imperativi. Terentio valde frequens, idem significat, ac *da, exhibe, porrigo*, vel *dic. Add-elő, hozz.* Gieb, reiche her, und auch sage heraus. Dag, neb podag, powez. Daj, ali povech. *Daj, illi kaxi.* Reperitur etiam in Pl. apud Comicos *cedite*, vel cette per Syncopen.

INFIT, tertia Persona Praesent. Indic. pro *incipit*, vel *inquit. El-kezdi, vagy mondja.* Er fängt an, oder sagt. Začina on, neb powida. On pochinya. li poveda. *On pocsima illi kaxe.*

DEFIT, *defieri*, tertiam Personam habet Indicativi, et Praesens Infinitivi. *Hija vagyon.* Es mangelt. Nedostáwaſe. Zmenykati. *Majnka.*

OVAT, tertiam Personam habet Indicativi, et Participium *ovans, ovantis, ovanti etc. Örül, vigad.* Er frohlocket. Raduge ſe. Radujesze. *Radujese*: licet et aliae supersint Flexiones, *Ovet*, Stat. 4. Silv. 1. 8. *ovaret.* Idem Theb. I. 153. *ovandi* ius Svet. Claud. c. 1. et Solin. c. 57. de Antiocho: Equum *ovaturus* insiluit.

VALE. *valete, valeto, valere*: etsi ex integro verbo, valeo est: quia tamen salutandi significatio in pluribus personis non datur; inter Defectiva refertur.

FARI. DARI etiam Defectivis accensentur, propterea, quod primae Personae horum verborum Praes. Indic. et Coniunct. *for, dor, fer, der* non sint in usu; recte vero dicitur, *faris, fari, fatus sum; fandi, fando* etc. uti et *daris, datur*, etc.

Adm. Quae sequuntur in *im* ad Praesens, vel Futurum Coniunctivi; aut ad Praesens, vel Futurum modi potentialis pertinent; pleraque eorum non sunt in usu; obiter hic tantum, et perpaucis exponuntur: ne adolescentuli in Veterum scriptis legendis, et intelligendis adhaereant; huiusmodi sunt:

Edim, edis, edit. *Plur*, Edimus, editis, edint, pro *edam*, as, etc.
Comedim, comedis. pro *comedam*.
Ausim, is, it, id est *audeam*, sive *ausus ero*, fuero, vel fuerim.
Auxim, auxis, id est *augeam*.
Axim, is, it, int, pro *agam*, *vel egerim*, *adaxint*. Plaut.
Duim, is, it, int, pro *dem*.
Perduim, is, it, int, pro *perdam*.
Creduim, is, it, pro *credam*.
Siem, es, et, sient; pro *sim*.
Prohibessim, pro *prohibuerim*.
Amasso, pro *amavero*.
Expugnassere, pro, *expugnaturum esse*.
Reconciliassere, pro *reconciliaturum esse*.

Haec vocantur Tempora Archaica.

---

§. VIII.

De Coniugatione Verborum Impersonalium.

Grammatici nonnulli, ut Donatus, Diomedes, Phocas etc. Verba Impersonalia inter *Defectiva* numerant; quia *personis deficiunt*, personis quidem sermonis, quae sunt ipsius verbi propria quasi membra; neque his omnibus, sed praecipuis, prima, et secunda.

Quotuplicia sunt Impersonalia?

Duplicia: alia sunt Activae vocis; ut: *piget*, *pudet*, *poenitet* etc. alia Passivae; ut: *pugnatur*, *itur*, *curritur*, *egetur etc.*

I. De Activis Impersonalibus.

Activa, vel potius Neutra desinunt, in *t*, suntque duplicia, alia *per se impersonalia*, quae nimirum usitate in prima, et secunda Persona

sona non leguntur; ut sunt: *decet*, *libet*, *licet*, *liquet*, *miseret*, *oportet*, *piget*, *poenitet*, *pudet*, *taedet*. Alia per *Accidens*; quae ratione primae, et secundae Personae Personalia sunt: in tertia autem, ex constructione Impersonalitatem induunt; id est absolute sine Nominativo ponuntur, ut *tonat*, *fulget*, *fulgurat*, *grandinat*, *ningit*, *pluit*, quibus tamen nonnunquam, etiam Nominativus additur rei, quae pluviam, tonitru, aut quid simile ciet.

Coniugatio autem Impersonalium activorum fit per consvetas quatuor Coniugationum formas e. g.

a) *Per* I. *Coniug.* Tonat, tonabat, tonuit, tonuerat, tonabit. *Coniunct.* tonet, tonaret, tonuerat, tonuisset. *Infinit.* tonuisse.

b) *Per II. Coniug.* Oportet, oportebat, oportuit, oportuerat, oportebit. *Coniunct.*, oporteat, oporteret, oportuerit, oportuisset, *Infinit.* oportere, oportuisse.

c) *Per III. Coniug.* Accidit, accidebat, accidit, acciderat, accidet. *Coniunct.* accidat, accideret, acciderit, accidisset. *Infin.* accidere, accidisse.

d) *Per IV. Coniug.* Evenit, eveniebat, evenit, evenerat, eveniet. *Coniunct.* eveniat, evenit, evenerat, eveniet. *Coniunct.* eveniebat, eveniret, evenerit, evenisset, *Infinit.* evenire, evenisse.

PARADIGMA.

Verbi Impersonalis vocis Activae.

Poenitet. *Bánom.* Es reuet. Ljto, neb žel gest. Kajamsze. *Kajemse.*

Modus Indicativus.	Modus Coniunct.
Praesens.	
Poenitet.	Poeniteat.

Im-

Imperfectum.

Poenitebat.	Poenteret.

Perfectum.

Poenituit.	Poenituerit.

Plusquam Perfectum.

Poenituerat.	Poenituisset.

Futurum.

Poenitebit.	Poenituerit.

Modus Imperativus.	*Modus Infinitivus.*
Praesens.	
Poeniteat.	Poenitere.
	Perfectum.
	Poenituisse.
	Gerundia.
	Poenitendi, do, dum,
	Participium.
	Poenitens, entis.

II. De Passivis Impersonalibus.

Unde fiunt Impersonalia Passivae vocis, et quomodo coniugantur? Fiunt ab omnibus verbis Activis, et Neutris, desinunt in *tur*, et Coniugatio eorum sequitur characterem Passivorum, e. g.

a) *Per I. Coniugat.* Cantatur, cantabatur, cantatum est, cantatum erat, cantabitur. *Coniunct.* cantetur etc. *Infinit.* cantari etc. sic etiam statur. laboratur, peccatur etc.

b) *Per II. Coniugat.* Sedetur, sedebatur, sessum est, sessum erat, sedebitur etc. etiam suadetur, ridetur, siletur etc.

c) *Per III. Coniugat.* Curritur, currebatur, cursum est, cursum erat, etc. sic etiam luditur, parcitur, scanditur, sistitur, vivitur.

d)

d) *Per IV. Coniugat.* Itur, ibatur, itum est etc. sic etiam: dormitur, garritur, scitur, servitur, venitur etc.

P A R A D I G M A.

Verbi impersonalis vocis Passivae.

Modus Indicativus.	Modus Coniunctivus.
Praesens.	
Pugnatur. *Viaskodtatik.* Es wird gekämpfet. Bige, boguge. Bijesze vojujesze. *Vojujese.*	Pugnetur.
Imperfectum.	
Pugnabatur.	Pugnaretur.
Perfectum.	
Pugnatum est (fuit)	Pugnatum sit (fuerit)
Plusquam Perfectum.	
Pugnatum erat (fuerat)	Pugnatum esset fuisset.
Futurum.	
Pugnabitur.	Pugnatum fuerit.

Modus Imperativus	Modus Infinitiv.
Praes. Pugnetur.	*Praes.* Pugnari. *Perfectum.* Pugnatum esse (fuisse) *Futurum.* Pugnatum iri.

Nota 1) *Decet*, et *pudet* interdum etiam in tertia Plurali ad normam personalium reperiuntur; ut Parvum parva *decent.* Horat. Non te haec *pudent*? Plaut, sic et *oportebant.* Terent. Heaut. Imo Plautus etiam dixit, *Cas.* Ita nunc *pudeo*; et *Menaech*: loquere tuum mihi nomen, nisi *piges*; ex quo apparet Impersonalia nonnulla, olim etiam Personalia, et integra fuisse.

Nota 2) Sunt quorumdam Praeterita gemina, in usu secundum Activam et Passivam formam, ut:

Libet, libuit, et libitum est;
Licet, licuit, et licitum est.
Piget, piguit, et pigitum est.
Placet, placuit, et placitum est.
Pudet, puduit et puditum est.

Nota. 3) Carent Impersonalia Supinis, Gerundiis, et Participiis: exceptis *libens*: *licitus*, *liciturus*. *Poenitens*, *poenitendum*, *poenitendus*; *pertaesus*, *pudendum*, *pudens*, *puditurus*, *pudendus*; *pigendus* quoque extat. Ep. 7. Heroid. Ovid. nulla parte *pigendus erit*. Accius, et Salustius etiam *poeniturus* dixit; quod improbat Quintilianus 9. 3.

Nota 4) Non raro etiam a Deponentibus fiunt *Impersonalia*. e. g. Quos non est *veritum* ponere. Cic. Utinam sit hic modo *perfunctum* Terent. Hostibus nunciatur, in castris Romanorum *tumultuari*. Caesar.

APPENDIX

DE PRAETERITIS ET SUPINIS VERBORUM.

Admonitio 1) Capite hoc III. de *Verbo* locum sibi etiam vindicat Doctrina de *Praeteritis et Supinis* Verborum, a quibus, (ut in Tabella Formationum videre est,) complura tempora formantur. Regulas de Praeteritis et Supinis Verborum versibus hexametris feliciter complexus est *Emmanuel Alvarez*. Reliqui recentiores Grammatici aut versus illos ab Alvaro totidem verbis descripserunt, aut paullulum immutatos ediderunt. Cui Versus displicent, Regulas missis versibus oratione soluta percipiat, neque enim ad Praecepta cognoscenda necessarii sunt Versus, sed ad illa iam cognita memoria diutius retinenda valde quidem adcommodati.

Admonitio 2) Prius, quam tirones Regulas de Verborum *Praeteritis et Supinis* percipiant, iuvabit sequentia praemittere:

1) *In Verborum compositione aut Verbum aut Praepositio manent integra*; ut: concurro, adiungo,

aut

aut utrumque corrumpitur, ut: colligo, allido; *aut Praepositio manet integra corrupto Verbo*: ut: excido, deprimo; *aut contra, Verbum manet integrum corrupta Praepositione*; ut: colludo, compono.

2) *A in E mutant.*

Composita ex verbis: damno, halo, lacto, mando, patro, sacro, tracto, arceo, fallo, carpo, sarcio, gradior, pario, patior, scando, spargo: ut: condemno, anhelo etc. *Pauca admodum retinent A*; *ut*: exhalo, impartio, et impertio, pertracto, et pertrecto: sed haec, et alia id genus usu discenda sunt.

3) *A in I mutant.*

Composita ex amico, ut: inimico, inimicor, aris, ex maneo, *adiunctis Praepositionibus e*; *in*, *prae*, *ex ut*: Taceo, placeo, habeo, lateo, et ex lacio Verbo prisco, ut: allicio, elicio. iacio, salio, sapio, capio, cado, ago, frango, pango, cano, facio, statuo.

Excipe; Complaceo, perplaceo, perago, circumago, satago, dego, cogo, repango, *et Composita ex facio, si ex Verbis componuntur*, ut: Tepefacio, calefacio.

4) *A in U mutant.*

Composita ex quatio, salto, calco, scalpo; ut: excutio, insulto, insculpo.

5) *E in I mutant.*

Composita ex teneo, sedeo, rego, lego, is, emo, premo, *specio Verbo prisco*, ut: aspicio.

Excipe: Relego, perlego.

6) *U in E breve mutant.*

Composita a iuro: deiero, peiero. Deiuro tamen, et periuro *apud Plautum, et Horatium reperiuntur.*

Nonnullae Diphthongi in Vocales migrant; ut:

AE in I. longum.

Composita, ex laedo, caedo, quaero, ut: allido, concido, exquiro.

AU in O longum.

Composita ex plaudo, ut: Explodo, complodo, supplodo.

Excipe. Applaudo.

Composita, ex claudo; ut: excludo, concludo, vel fiunt a cludo; nam utroque modo dicitur.

VERSUS MEMORIALES EMMANUELIS ALVARI DE PRAETERITIS, ET SUPINIS VERBORUM.

I.

REGULAE GENERALES.

1. Simplicium leges ferme coniuncta sequuntur.
2. Hinc aliqua excipies; quorum meminisse iuvabit.
3. Cum geminat primam simplex, composta priorem
4. Praeteriti amittunt: praeter praecurro, repungo;
5. Quaeque sibi gignunt Sto, Do, cum Poscere Disco.

1—5. Simplex, et ipsius compositum (quod modo Natum, modo Pignus appellamus (coniugatur eodem modo, ut Emo, sic redimo, perimo: Undo, sic redundo, exundo. Excipiuntur nonnulla, quae suis locis explicabuntur. Quando praeteritum simplicis geminat syllabam primam, ut cado, cecidi, composita secundam tantum retinent, ut Concido, concidi, Comperio, comperi, Reperio, reperi, Respondeo, respondi. Excipe Praecurro, et Repungo, et composita verborum Sto, Do, Posco, Disco, quae geminant, sicut primigenia, Praecucurri (quod etiam Praecurri habet) Repupugi, Adstiti, Addidi, Depoposci, Edidici. Videndum est autem, ne nos

nos fallant quaedam, quae composita a Do falso, videntur, ut: Secundo, inundo, abundo, redundo, vident composita ex Undo. Quotiescunque posito Verbo aliquo in carmine non apponitur eius praeteritum, aut supinum, scito referri ad regulam generalem proxime positam, ut Neco, necavi, necatum, Doceo, docui, Fingo, finxi, etc.

Verba Praeterito, et simul Supino carentia.

6. Praeteritis quaecunque carent, spoliato Supinis;
7. Ut Glisco, Vergo, Ferio, cum Polleo, Vado,
8. Ambigo, cum Satago, Quaeso: quibus Hisco, Fatisco,
9. Et Furit, et Moeret, tum Aveo tum Ringor, et Aio,
10. Et Vescor, Liquor, Medeor, Reminiscor adauge:
11. Insuper a Verbo, seu Nomine nata, Tepesco,
12. Mitesco veluti, queis nomen ab Incipiendo;
13. Aut certe capiunt a verbis, unde trahuntur.
14. His, demto Esurio, iunges Meditantia verba.

6—14 Quae Verba carent praeterito, carent pariter et supino, ut Vergo: versi enim non est in usu: Ferivi, feritum, apud recentiores legitur, apud antiquos non legitur. Pollui, praeteritum a polluo est, non a polleo, id est, valeo. Vado, vasi in compositis tantum habet, ut evasi, invasi. Ambegi, et Sategi, tunc utar, cum apud probatos Scriptores invenero. Quaesivi est a quaero, ris, non a quaeso, sis, nisi apud vetustissimos. Ringor, deponens caret praeterito; ringo, neutrum Grammaticis habet rinxi, rictum, ex quo rictus, us. Ab Aio, praeteritum fuit Ai, teste Probo: sed non est in usu. Verba in Sco, quae appellantur Inchoativa, hoc est, quae actionem inchoatam ac magis, magisque increscentem significant, si a nominibus deducantur, prorsus destituuntur praeterito ut mitesco, silvesco, ingravesco; sin a verbis, aut praeteritis, carent, aut illa mutuantur ab iis, unde nascuntur: refrigesco, refrixi, a frigeo, Calesco, calui, a caleo, Senesco, senui, a seneo, Cognosco vero, cresco, et alia, quae nec a nomine, nec a verbo nascuntur, ad hanc regulam non spectant.

Verba in *Rio*, quae Meditativa, sive desiderativa appellantur, ut dicturio, empturio coenaturio, mincturio, carent praeterito; Esurio tamen habet esurivi, esuritum, quibus aliqui addunt parturio, nupturio. Verum scaturio, lingurio, et composita abligurio, obligurio non carent praeterito, quia Meditativa non sunt, quamvis eorum formam imitentur.

II.

REGULAE SPECIALES.

PRIMA CONIUGATIO.

15. Praeteritum primae facit *avi*, *atum*que Supino,
16. Ut Neco: nam *necui*, *nectum* sibi pignora servant.
17. At Cubui, Domui, Crepui, Vetuique Supina.
18. Dant in *itum*, ut Cubitum: haec Tonui, Sonuique sequuntur.
19. M Cubo cum recipit, tantum tibi tertia flectet:
20. Ast in Praeteritis expungitur, atque Supinis.
21. Dimicat *avi*, *atum*; Micui nil amplius optat.
22. A Fricui, Frictum, a Secui deducito Sectum.
23. A Lavi, Lotum, aut Lautum, nec sperne Lavatum.
24. Ex Lavo compositum, ceu Diluo, tertia poscit.
25. Potatum a Poto, seu Potum flectito. Iuvi,
26. A Iuvo praeteritum tantum; sed ab Adiuvo *iutum*.
27. Dat Plicui, Plicitum: compostum poscit utrumque.
28. Supplicat *avi*, *atum*, Replicoque, et Nomine nata.
29. Do, Dedit, atque Datum poscit, compostaque primae,

30. Quae *venum*, *pessum*, *circumque*, *satisque* crearunt.
31. A Sto flecte Steti Statum, *Stiti* at inde profecta,
32. Atque *Stitum* cupiunt, multo sed crebrius *atum*.

15—32. Verba primae coniugationis habent in praeterito avi, in supino atum, ut neco, necavi, necatum, cuius composita faciunt, necui, nectum, ut eneco, enecui, enectum. Cubo cum compositis tum primae, ut incubo, recubo, accubo; tum tertiae, ut recumbo, incumbo; accumbo, decumbo, occumbo, habet cubui, cubitum. Mico, micas, cum compositis emico, intermico, promico, micui habet sine supino: solum dimico habet dimicavi, dimicatum. Composita a verbo plico, et praepositione, vel sequuntur simplex, plicui, plicitum, vel faciunt avi, atum, ut implico, implicui, citum, et implicavi, catum; sic explico, applico, et alia. Excipitur supplico, et composita ex nomine, ut duplico, triplico, multiplico, quae solum habent avi, atum. Frico, cui, ctum, cum compositis refrico, affrico, perfrico, etc. Iuven. *Si prurit frictus ocelli Angulus*. Plin. in Proëm. *Perfricui faciem, et nihil profeci*. Participia tamen eorum reperiuntur in atus. Cic. Att. lib. 12. *Quae res forsitan sit refricatura vulnus meum*. Do, das, cum compositis primae, Venumdo, circumdo, satisdo, pessumdo, dedi, datum, quae vero pertinent ad tertiam, didi, ditum; ut vendo, reddo, indo, condo, prodo. Abscondo, nunc abscondi absconditum priscis abscondidi, absconsum. Crepo, sono, tono domo, veto faciunt, ui, itum, crepo, crepui, crepitum. Verum Lavo, as, est etiam tertiae, Lavo, lavis: quare omnia verba composita ad hanc pertinent, Abluo, proluo, etc. Composita verbi sto, adsto, consto, exsto, praesto, habent Adstiti, constiti, exstiti, praestiti; Supino vero frequentius atum, saltem participiis in Rus, ut Praestatum, et praestaturus, Constatum, et constaturus. Cic. lib. 6 epist. 8. se *praestaturos*. Plin. lib. 8. cap. 3. *Constaturus minimo impendio fructus*. Iuvo, iuvi caret supino, sed adiuvo habet adiutum; unde iuvo supinum videtur posse mutuari.

SE-

SECUNDA CONIUGATIO.

33. Altera praeteritis dat *ui*, dat *itum*que Supinis,
34. Ut Moneo, Taceo; sed Tostum Torreo gignit.
35. Sorbeo cum Sociis dat *ui*, tamen absque Supino.
36. A Doceo Doctum, a Teneo deducito Tentum.
37. Censeo fert Censum, Mistum tibi Miseeo donat.
38. Neutrum, quod dat *ui*, Timeoque carento Supinis.
39. Poscit *itum* Valeo, Careo, Placeoque Doletque:
40. Pareo cum Iaceo, Caleo, Noceoque, Licetque,
41. Dant *di, sum,* Video, Sedeo cum Prandeo, verum
42. S geminat Sessum, Stridi nil amplius optat.
43. Mordeo praeterito geminato flecte Momordi,
44. Morsum: sic Spondet, Tondet, sic Pendeo flectes.
45. Dat Mansi Mansum; minui sed Praeminet optat.
46. Prominet, Immineo, simul Eminet absque Supino.
47. Haereo dat *si*, *sum*, cum Svadet, Mulcet, et Ardet.
48. Tergeo cum Mulget, Ridet, sed Torqueo, Tortum.
49. Vult Iubeo, Iussi, Iussum, ast Indulgeo *si*, *tum*.
50. Urgeo *si* tantum cum Fulget, Turget, et Alget.
51. Lugeo praeteritum luxi, luctumque Supinum,
52. Luceo duntaxat Luxi; sic Frigeo, Frixi.
53. Augeo praeterito facit Auxi, Auctumque Supino.

54.

54. *Evi, etum,* Vieo, Flet, Net cum Deleo quaeque.
55. A Pleo nascuntur, ceu : Repleo, Suppleo, complet.
56. Civi sume citum : quartae sed pignora redde.
57, Nunc Oleo dat *lui*, dat *itum*, compostaque odoris.
58. Quae servant sensum : si non, *evi* effer, et *etum*.
59. Ast Abolevit *itum* dat, fert Adolevit Adultum.
60. Ex *veo* fit *vi*, *tum* : a Caveo deducito Cautum.
61. A Faveo, Fautum : tantum Conniveo *vi, xi*,
62. Et Fervere, bui; sic Langueo, Languit optat,
63. Et Paveo, Pavi, nil Flaveo, Liveo habebunt.
64. Audeo nunc Ausus, Gavisus, Gaudeo poscit.
65. Et solitus, Soleo, Solui tibi Crispe placebat.

Verba secundae coniugationis faciunt praeterito ui, supino itum, ut taceo, tacui, tacitum : huius verbi composita reticeo, conticeo carent supino, Arceo vero, arcui, caret supino : at composita eius habent, ut exercui, exercitum, coërceo, etc. prandeo, prandi, pransum, video, vidi, visum : Sedeo, sedi, sessum. Mordeo, spondeo, pendeo, tondeo, geminant primam praeteriti, momordi, spopondi, etc. Sorpsi a sorbeo, negant Grammatici dici posse : quod si sit a sorbo, is, tertiae est. Lucanus tamen usurpavit absorpsit : neque videtur imitandus. Supina verborum Valeo, careo, pareo, doleo, caleo, vix fortasse sunt in usu. Formantur tamen a nonnullis participia, ut valiturus, pariturus, cariturus. Verba sillaba Veo terminata faciunt praeterito vi, supino tum, ut moveo, movi, motum; Ferveo, ferbui, potius, quam fervi. Flaveo, cum reliquis, raro habet praeteritum, idque Fere apud priscos : nam conniveo, connivi, et connixi olim habuit. Expavi ab expavesco est. Maneo, et eius composita, ut remaneo, permaneo, quae a non mutant, mansi, mansum ; at quae mutant a in i, ut immineo, promineo, imminui, prominui, etc. sunt sine supino. Haereo, haesi, haesum, Svadeo, svasi, svasum ; Mulgeo, et Mulceo, mulsi, mulsum : Ardeo, arsi, arsum ; Tergeo tersi, tersum, Rideo, risi, risum; Torqueo, torsi, torsum, fre-

frequentius tortum; Iubeo geminat *s* utrobique: Indulgeo, indulsi, indultum; Urgeo, ursi, absque supino, et sex, quae sequuntur, Fulgeo, fulsi: Turgeo, tursi; Algeo, alsi, Luceo, luxi, Frigeo, frixi. Est etiam fervo, vis, tertiae. Libet, licet, piget, pudet, placet, duplex praeteritum habent, libuit, et libitum est, licuit, et licitum est, piguit, et pigitum est, puduit, et puditum est, placuit, et placitum est: at Miseret, misertum est, taedet, vel pertaedet, pertaesum est. Cieo: quod significat moveo, habet in praeterito civi, in supino citum penultima brevi: sic concieo, concivi, concitum, excieo, percieo. Nam accio, excio, sunt a cio, quartae coniugationis, quod significat voco. De leo, fleo, neo: evi, etum; oleo, olui olitum: eandem rationem sequuntur composita, quae redolent, id est, quae retinent patris, vel simplicis significationem, ut oboleo, obolui, obolitum, sic redoleo, suboleo. Cetera, quae recedunt a significatione simplicis oleo, ut exoleo, vel potius exolesco, evi, etum, sic inoleo vel inolesco, inolevi, cuius supinum vix invenies apud bonum Auctorem: Aboleo, abolevi, abolitum, adoleo, vel adolesco, adolevi, adultum.

TERTIA CONIUGATIO.

IO.

66. Composita a specio, aut Lacio dant *exit*, et *ectum*.
67. Elicui, Elicitum, a feci deducito factum.
68. A ieci, iactum. Dat Fodi *s* duplice Fossum.
69. Vult, Fugi, Fugitum, Sapui, Sapiive, nec ultra
70. Progreditur Sapio. Cupio *ivi* gignit, et *itum*.
71. Dat Capio, Cepi Captum; sed Coepio priscum
72. Fert Coepi, Coeptum. A Rapui deducito Raptum.
73. Dat Peperi, Partum, Pariturus, pignora quartae.
74. A Quatio Cussi Cussum composta tulere.

66—74. Specio, et Lacio verba sunt obsoleta; quorum composita sunt in usu, ut conspicio, aspicio, etc.

allicio, illicio, etc. quae habent in praeterito exi, supino ectum, ut conspexi, conspectum, allexi, allectum. Sapio, sapui, vel sapivi, imminutum sapii, unde sapisti. Martial. lib. 9. *Nubere vis Prisco: non miror, Paula, sapisti.* Sapui tamen, praesertim in compositis, videtur usitatius esse; unde resipui, desipui. Cupio, cupivi, cupitum. Pario, peperi, partum, in participio pariturus. Comperio, et reperio, aperio, operio, etc. ad quartam coniugationem pertinent, deque iis ibi dicemus. Quatio videtur aliquando habuisse quassi, quassum, unde quassae rates, et quasso, quassas, frequentativum; composita sunt concutio, decutio, excutio, etc. quae habent cussi, cussum.

UO et BO.

75. Rite *uo* poscit *ui* ac *utum*: sit Diluo testis.
76. A Ruo dic Ruitum, sed *ūtum* dant pignora tantum.
77. A Struxi, Structum, a Fluxi deducito Fluxum.
78. Respuo nulla, Luo, Metuoque, Pluoque Supina.
79. Annuo cum sociis, Batuo, Ingruo, Congruo gignunt.
80. Bo dat *bi*, dat *itum*; Scabo, Lambo carento Supinis.
81. A Scripsi, scriptum; a Nupsi deducito Nuptum.

v. 75 — 81. Verba in uo habent in praeterito ui, in supino utum, ut statuo, statui, statutum; Ruo facit rui, ruitum, composita rutum, ut obrutum. Nata nuo, id est composita a verbo nuo inusitato, ut annuo, innuo, renuo, etc. Luo, metuo, pluo, et reliqua supino carent. Desinentia in Bo, habent, bi, bitum, ut bibo: bibi, bibitum. Scabo, scabi, Lambo, lambi, sine supino, Scribo, scripi, scriptum. Nubo, nupsi, vel nuptus sum, nuptum. Ut facit simplex Cubo primae, sic eius composita tertiae, ut decumbo, decubui, decubitum, de quo supra diximus in prima Coniugat.

CO.

82. Ici fert ictum, a Duxi depromito Ductum;
83. A Parsi, Parsum: geminat quoque Parco, Peperci.

84. Vinco cupit Vici, Victum. A Dixi exige Dictum.
85. SCO *vi*, *tum*que petit; ceu Nosco, Quiesco, Suesco.
86. Agnitus, Agnosco; Cognosco iungitur illi.
87. Dat Pasco, Pastum: Conquexi linque vetustis.
88. Ut Disco, Didici tantum; sic Posco Poposci.
89. Dispesco dat *ui* pariter Compescere solum.

82—89. Duco, duxi, ductum: Dico, dixi, dictum: Vinco, vici, victum, etc. Parco habet etiam parsi. Plaut. Capt Prol. Nil. pretio *parsit*, filio dum parceret. Terent. Hecyr. Act. 3. Hanccine ego vitam *parsi* perdere? Supino *parsum*. Liv. I. 26. Nedum eos Capuae *parsuros* credam. Auctor Aethnae: Vel solis *parsura* piis. Finita Sco, faciunt vi, tum: ut consuesco, consuevi, consuetum: Agnovi, agnosco, agnitum; Cognosco, cognovi, cognitum: Pasco, pavi, pastum: Conquinisco, id est, caput inclino, iam nihil habet. Verba incoeptiva, sive inchoativa praeterito carent, aut id mutuantur a suis verbis primigeniis. Quae fiunt a nominibus, ut mitesco, de quibus superius diximus, prorsus praeterito destituuntur. Senesco, et tepesco formant senui, et tepui, a seneo, et tepeo.

DO.

90. Do *di sum* gignit, veluti Defendere, Cudo.
91. N tamen amittunt Fundo, cum Scindere, Findo.
92. S geminat Fissum, ac Scissum. Dat Pandere Pansum.
93. Tundo petit Tutudi, Tunsum; sed pignora Tusum.
94. Sume Cado, Cecidi, Casum, cape Caedo, Cecidi
95. Caesum. Dat Tentum, vel Tensum, Tendo Tetendi.
96. Pedo Pepedit habet. Pensum fert Pendo, Pependi.
97. Tum Rudo, tum Sido, tum Strido carento Supinis.
98. Dant *si*, *sum* Claudo, Laedo, cum Rodere: Trudo,

99. Divido cum Plaudo, Rado cum Ludere, Vasi
100. Ac Vasum a Vado, capiunt sibi pignora tantum.
101. Cedo petit Cessi, Cessum facit inde Supinum.

90—101. Do syllaba terminata praeterito di, supino sum, faciunt: ut cudo, cudi, cusum, scando; mando; etc Sed composita a Do, ut Addo, condo, dedo, edo, prodo, reddo, trado, etc. habent didi, ditum. Fido, et composita fidi, et fisus sum; Fundo, scindo, findo, amittunt n, utrobique. Vado caret praeterito, composita habent vasi, vasum, ut evado, evasi, evasum; sic invado. Tundo habet tunsum, apud Plin. sed composita tudi, tusum; ut contundo, contudi, contusum. Sido, sidi, apud Columel. 12. c. 24. Frequentius Sedi, sessum, a Sedeo; in compositis insedi, insessum; assedi, assessum.

GO. GUO. HO.

102. Dant *xi*, *ctum* GO, GUO; ut Rego, Plango, Exstinguo: Supinis.
103. N tamen abiiciunt Stringo cum Pingere Fingo.
104. Tango cupit Tetigi, Tactum, Egi Ago, poscit et Actum.
105. Sume Pago, Pepigi, Pactum; cape Pangere Panxi.
106. Olim etiam Pegi, quod nunc composta reservant.
107. Dat Legi, Lectum; Fregi dat Frangere Fractum.
108. Negligit *exi*, *ectum*, cum Intelligo, Diligo poscit.
109. Prodigo, Dego, *egi*, Suxi, Sugo absque Supinis.
110. Dat Pungo, Pupugi, Punctum, dant Pignora ferme
111. Punxi. Vult *si*, *sum* Spargo cum Mergere, Tergo:
112. Dant *xi*, *xum*, Figo, Frigo; caret Ango Supino.
113. A Traxi, Tractum, a Vexi deducito Vectum,

114. Meio cupit Minxi, Mictumque, a Mingere sumtum.

102 — 114. Verba Go, vel Guo, terminata faciunt praeterito xi, supino ctum: ut Tego, texi, tectum; plango, planxi, planctum, rego, rexi, rectum; surgo, surrexi, surrectum; exstinguo, exstinxi, exstinctum: Pango, pepigi, vel panxi, pactum; composita pegi solum pactum: ut impingo, impegi, impactum; compingo, etc. Pungo facit pupugi, punctum; punxi nusquam legi apud bonum Auctorem.

LO.

115. LO *luit*, atque *litum*. Consultum, Consulo, et Altum
116. Fert Alere; Occultum facit Occulo, sic Colo, Cultum.
117. Ante carent Cello, Praecello, Excello Supinis,
118. Et Volo cum sociis: Sed Falsum, Fallo, Fefelli.
119. Dic Psallo Psalli tantum, cui iunge Refelli.
120. Ast Velli, Vulsum, Percello, Perculit optat
121. Perculsum. Pepuli, Pulsum; dat Sustulit, atque
122. Sublatum Tollo, Salli fert Sallere, Salsum.

115 — 122. Verba, Lo, finita, faciunt, praeterito lui, supino litum: ut molo, molui, molitum: alo, alui, alitum, et altum: Antequecello, id est, antecello, antecellui, excellui, praecellui sine supino. Percello fere habet perculi, perculsum, et vello, velli, vulsum: nam perculsi, et vulsi, raro admodum usurpantur: Tollo, sustuli, sublatum: extollo, extuli, elatum, dempta syllaba a tetuli obsoleto.

MO. NO. PO. QUO.

123. MO per *ui* dat *itum*; Tremo flectitur absque Supino.
124. Dant, *psi*, *ptum* Demo, Promo cum Sumere; Como
125. Emi fert Emtum: Premo, Pressi, *s* duplice Pressum.

126.

126. Dat Posui, Positum; Geniutum, Genuisse reposcit
127. Dat Cecini, Cantum : *cinui* dant pignora *centum.*
128. A Sino fit Sivi, atque Situm; dat Sternere, Stravi
129. Ac Stratum; Sprevi, Spretum, dat Spernere. Cerno
130. Crevi, sed Cretum capiunt sibi pignora solum.
131. Dat Temsi, Temtum, Temno, si legeris usquam.
132. Sed Lino dat Lini, Livi, Levique, Litumque,
133. PO *psi, ptum*que petit. Strepo, sed Strepui, Strepitumque;
134. A Rupi, Ruptum. A Coxi deducito Coctum.
135. Linquo sibi Liqui tantum: addunt pignora *Lictum.*

123 — 135. Mo, syllaba terminata faciunt praeterito ui, supino itum, ut Gemo, gemui, gemitum: Tremo, tremui caret supino, Promo, promsi, promtum, Demo, demsi, demtum; sic etiam sumo, et como. Cerno, cum significat videre, nullum habet praeteritum; verum cum significat adire, ut cernere hereditatem, habet crevi: composita, cretum habent, ut Decrevi, decretum: ita Secerno, discerno, excerno. Lino triplex habet praeteritum, lini, livi, et levi, supino litum; nam linivi, a linio deducitur, unde Delinio, delinivi, delinitum, etc. Po syllaba finita habent in Praeterito *Psi,* in Supino *Ptum,* ut Scalpo, Carpo, *psi, ptum.* Temsi, temtum, fortasse non invenies: Contemsi, contemtum usitatissimum est: Linquo, liqui solum, composita lictum, ut Relinquo, reliqui, relictum, etc.

RO. SO.

136. Quaero, Quaesivi, Quaesitum: Curro, Cucurri,
137. Cursum : tum Verro, Verri, Versumque Supino.
138. A Gero dic Gessi, Gestum. Trivi a Tero, Tritum.

139.

139. **Ferre, Tuli, Latumque; Uro dabit Ussit, et Ustum.**
140. **A sero fit Sevi, atque Satum; *evi* rustica proles,**
141. **Atque *Situm; Serui,* et *Sertum* fert cetera turba.**
142. ***SO Sivi, Situm*que petit. Dat Visere, Visi,**
143. **Ac Visum. Incesso, Incessi, tamen absque Supino.**
144. **Pinsitus, ac Pistus, Pinsusque a Pinsuit exit.**

136—144. Uro, ussi, ustum, Verro, verri, versum: nam versi in praeterito inusitatum est Fero, tuli, latum, olim *tetuli*, a tollo. Ter. Andr Act. 5. Sc. 1. Incoepit, dum res *tetulit*, nunc non fert. Sero, simplex habet sevi, satum. Composita, si ad rem rusticam spectent, sevi, situm: sin ad res alias, serui sertum, ut Consero, id est, simul sero, consevi, consitum (Rarum est illud Liv. lib. 10. Fabius quam arborem *conseruisset*) Consero, id est, congredior, conserui, consertum, Insero, id est, intus sero, insevi, insitum, Insero, id est, immitto, inserui, insertum, Dissero, hoc est, dissemino, dissevi, dissitum, Dissero, id est, disputo, disserui, dissertum. Sic. Assero, id est, iuxta sero, et Assero, id est, affirmo, et alia. Exero vero, et desero, habent tantum exerui, exertum, et deserui, desertum; quia ad rem rusticam non pertinent. Furo supra numeravimus in his, quae praeterito, et supino carent. Haec tria, lacesso, capesso, facesso, sivi, situm faciunt, ut capesso, capessivi, capessitum. Tacit. lib. 15. *Flavius, et Africanus principium tanto facinoris capessivere.* Cic. 4. de Repub apud S. Aug. de Civit. *Aeschines*, inquit, *rempub. capessivit.* Facesso itidem, facessivi, facessitum. Tacit. lib. 30. *Nulli unquam periculum facessisset,* pro *facessivisset:* quod docet Supinum, facessitum, quo usus est Cic. 6. in Ver. *Antequam audivisset, ei negotium facessitum.* Pinso, pinsui, et supinum triplex, pinsitum, pinsum, et pistum, Viso, visi, visum. Quaeso tantum in plurali habet, quaesumus, ceteris personis caret.

TO. VO. XO.

145. *Xi xum* dant Plecto, Flecto; sed, xi, xuit, et xum
146. Pecto ferunt, Nectoque. Peto cupit *ivit*, et *itum*
147. Stertuit a Sterto tantum; Meto, Messuit optat
148. Ac Messum s gemino. Misi dat Mitto, Supinum
149. S. duplici Missum. A Verti deducito Versum;
150. Sisto, Stiti, Statum, activum; neutrale sequetur
151. Sto verbum; unde Stiti, atque Stitum sibi pignora sument.
152. A Vixi, Victum, a Volvi deflecte Volutum.
153. Texui amat Texo, ac Textum, Solvique Solutum.

145. — 153. Flecto, flexi, flexum. Plecto, plexi, plexum. Necto, nexi, v. nexui, nexum Pecto, pexi, v. pexui, pexum, Plecto, id est, implico, habet plexi, vel plexui, plexum; hinc plectilis, implexus, etc. Plecto autem, id est, percutio, caret praeterito; Sisto, active, pro retinere, ut sistere lacrimas, sistere gradum, (Pl. *herba sistit profluvium sanguinis*) et pro praesentare se, sive comparere, ut quidam vulgo loquuntur (Cic. ad Att. *Da operam, ubicumque erimus, te sistas*) habet stiti, statum, ut ait Gell. lib. 2. cap. 14. Sisto vero neutrum, quod est stare, vel consistere, sequitur verbum sto, et habet cum eo praeteritum commune, steti. Composita etiam neutra sunt, ut resisto, obsisto, persisto, insisto; ac retinent litteram i, tum in praeterito, tum in supino, ut resisto, restiti, restitum, sic insisto, obsisto, persisto, quorum supinis tutius uteris, cum apud probatos Scriptores legeris. Consisto tamen fortasse retinet in supino vocalem A, unde Iupiter Stator, et Participium, constaturus, Plin. Mart.

QUARTA CONIUGATIO.

154. *Ivi, itum* ut Polio, Fastidio quarta requirit:
155. Fert Veni, Ventum, Venio; Sepelire, Sepultum.

156. Singultum, Singultit amat: dat Amixit Amictum.
157. Ex Pario natum per *ui* flectatur et *ertum.*
158. Comperio, Reperique tamen *ri* format, et *ertum.*
159. Sancio dat Sanxi, Sanctum, quod format et *itum.*
160. Sentio vult *si*, *sum.* Sepsi, dat Sepio, Septum.
161. Hausi fert Haustum. Dat Vinxi, Vincio, Vinctum.
162. Farcio dat Farsi, Fartum. Vult Fulcio, Fulsi,
163. Ac Fultum, Sarsi, Sartum dat Sarcio verbum.
164. Veneo fert Venum, quod ferme Veniit optat.
165. Dat Salui, Saltum; proles sibi vendicat *ultum.*

154—165. Verba quartae Coniugationis habent in praeterito ivi: Eadem, ablato per syncopen, v. consonante, per ii, efferuntur, ut audivi, vel audii, munivi, vel munii, petivi, vel petii. Sic a Veneo, venii usitatius, quam venivi, supino venum. Sentio, sensi, amicio, supino amictum, unde participium amictus, frequentissimum est. Cic. Phil. 2. *Sedebat in rostris collega tuus, amictus toga purpurea.* Amicui, quo Brutus apud Diomedem est usus, minus placet, quam amixi, quo utitur Varro apud eundem. Praesenti in, *perio*, finita faciunt, ui praeterito, ertum Supino, ut aperio, aperui, apertum, eodemque modo operio. Comperio tamen habet comperi, compertum: et reperio, reperi, repertum. Meditantia verba, sive Meditativa, quae significant vehemens, et quasi molestum desiderium eius actionis: quam significant, ut esurio, edendi, coenaturio, coenandi, scripturio, scribendi, etc omnia carent praeterito, praeter esurio, esurivi, esuritum, ut supra dictum est. Non huius ordinis ligurio, ligurivi, scaturio, scaturivi, cucurrio, cucurrivi: idcirco in his personae trisyllabae penultimam producunt. Horat. lib. 2. Sat. 4. *Tractavit manibus calicem, dum furta ligurit.* Sancio, fortasse olim habuit etiam sancivi, ut supinum, sancitum videtur ostendere: Salio habet salivi, vel per syncopen, salii, ut supra diximus. Virgil. 2. Georg. *Mollibus in pratis*

unctos,

unctos, saliere per utros. Salui; fortasse non est in usu, nisi in compositis, insilui, desilui, resilui. Liv. L. 1. *Romulum novos transiluisse muros.*

DE

PRAETERITIS, ET SUPINIS VERBORUM DEPONENTIUM.

166. Ex OR finitis activam fingito vocem,
167. Ut Vereor, Vereo, Veritum; At Fateor que, Patique
168. Dant Fassus, Passus. Nanciscor, Nactus habeto.
169. Orsus ab Ordiri deducitor: Usus ab Utor.
170. A Reor esto Ratus, Proficiscor sume Profectus.
171. Metiri Mensus gignit: Pactusque Paciscor.
172. Com-que-miniscor amat Commentum, Adipiscor, Adeptum.
173. Ultus ab Ulciscor venit. Expergiscor habebit
174. Experrectus: et Oblitum, obliviscor adoptat:
175. Dat Labor, Lapsus: Misereri funde Misertus:
176. Fert *Utus* Loquor, atque Sequor: Queror accipe Questus.
177. Dat Nitor, Nixus, Nisusve: Gradi accipe Gressus.
178. Redde, Fruor, Fruitus: Morior tibi Mortuus haeret.
179. Nascor amat Natus: tandem fert Ortus, Oriri
180. In tribus extremis per *iturus* flecte futurum

166—180. Praeteritum in Deponentibus facile formabis, si fingas illorum activum, ut si vereor, a vereo deducas, inde verui, veritum, atque inde formes, veritus sum. Blandior, quasi a blandio, blandivi, blanditum, Blanditus sum, atque in ceteris eodem modo. Quaedam tamen hoc modo formari non possunt, ut Proficiscor, profectus sum. Fateor, fassus sum, Confiteor;

Confessus sum, Diffiteor, caret praeterito. Tria haec, Morior, Orior, Nascor, in praeterito mortuus sum, ortus, natus, in participio futuri habent moriturus, oriturus nasciturus.

CAPUT IV.

DE PARTICIPIO.

Quid est Participium, et quid de eo notandum?

Est adiectivum a verbo derivatum tam nominis quam verbi *accidentia* (s. proprietates) in se continens; ut: *amans*, *amaturus*, *amatus*, *amandus*. Vel est pars orationis, quae tum casus, tum tempora habet. *Participium* vocatur, quia partem suae naturae capit, seu *participat* a Nomine, partem a Verbo.

A Nomine sumit *genus*, *numerum*, *declinationem*, *casum*, et saepe *comparationem*.

A Verbo *significationem actionis*, aut *passionis*, *et tempus*.

Praecipuum Participii *accidens*, per quod a reliquis distinguitur adiectivis, est *tempus*. *Tempora* Participiorum sunt tria: Praesens, Praeteritum, et Futurum.

I. Participium praesentis temporis exit in *ans*, vel *ens*, ac ab omni verborum genere nascitur, exceptis passivis, ut: *amans*, *serviens*, *complectens*, *utens*.

Nota. Cum verba passiva careant participiis praesentis; *activa* participia praesentis temporis pro *passivis* nonnunquam, praesertim apud Poetas, ponuntur, ut: *vertens*, qui vertitur; *volvens*, qui volvitur, *vehens*, qui

qui vehitur etc. sic saepius apud Virgilium leges: *vertentibus* annis, *volventibus* annis, *volentia* lustra, *volventia* plaustra etc.

II. Participium praeteriti temporis desinit in *tus*, *sus*, *xus*, et fit a verbis passivis, ac deponentibus ut: *amatus*, *usus*, *amplexus*.

Nota 1.) Unum in *uus* reperitur; *mortuus* videlicet a morior.

Nota 2.) Participia praet. temp. a verbis deponentibus orta habent significationem *activam*; e. g. Imperator hostem *persecutus*, de victoria *gloriatus* etc. occurrent tamen nonnulla etiam *passive* posita, sic: *adeptam* libertatem, *adepto* principatu, *adeptas* palmas: uno *comitatus* Achate; pars itineris *emensa* etc. apud probatos reperiuntur auctores: sic leguntur nonnunquam in passiva significatione: *confessus*, *expertus*, *pactus*, *dignatus*, *detestatus*, *execratus*: *mentitus*, *lamentatus* etc.

Nota 3.) A quibusdam *Neutris* (seu intransitivis) veniunt etiam participia passiva praeteriti temporis, et quidem partim:

a) In Passiva significatione, praesertim apud Poetas, ut: nox *vigilata*, carmen *vigilatum*. Ovid. Largaque provenit *cessatis* messis in arvis. Idem. In cinere *deflagrati* Imperii Cic. *Titubata* vestigia. *Vi g.* sic etiam *erratus*, *laboratus*, *triumphatus*, *festinatus*.

b) Partim retinent neutram significationem, et *intransitive* sumuntur; ut *adultus* i. e. qui adolevit; *coenatus*, i. e. qui coenavit; *iuratus*, i. e. qui iuravit: etc. huc pertinet *exosus*, *perosus* activae significationis, i. e. qui odit; *exosus* Troianos. Virg. plebs nomen Consulum *perosa*: Liv. raro passive, uti Diis *exosus*.

III. Participia futuri tum in *rus*, tum in *dus* exeunt.

a) In *rus* oriuntur ab omni genere verborum exceptis passivis, ut: *amaturus*, *serviturus*, *amplexurus*, *usurus*.

Nota 1) *Morior*, *orior*, *pario*, *nascor*, in formatione participii huius recedunt a communi regula: habent enim: *moriturus*, *oriturus*, *pariturus*, *nasciturus*; non morturus, orturus, parturus, naturus.

Nota 2.) Quae verba Supinis carent, carent etiam Participiis in *rus*, et participiis praeteriti temporis.

b) Participia in *dus* fiunt a passivis, ut: *amandus*, ab amor; saepe etiam a deponentibus, quae accusandi casum habent, praesertim si aliquando fuerunt communia; ut:) *sequendus* a sequor, *ulciscendus* ab ulciscor, *execrandus* ab execror, *utendus* ab utor.

Nota 1.) Verba deponentia, vel neutra, quae accusativum non admittunt, solo participio in *dum* gaudent pauca si excipias, quae etiam in *dus* habent: ut: *carendus*, *dolendus*, *audendus etc.*

Nota 2.) Participium in *dus* semper passive significat, etiam si a deponenti descendat; et quidem necessitatem, officium, debitum, aut simile quid notat potius quam tempus futurum. Cic. de Arusp. respons. Senatus meam domum ex aerario *aedificandam*, a Pontificibus *liberandam*, a Magistratibus *defendendam*; id est putavit aedificari debere, aut dignam esse, quae aedificaretur. Sic *Consolandus* significat: *Vigasztalandó*, *vagy az, a' kit meg-kell vigasztalni.* Der zu trösten ist, oder der muß, oder soll getröstet werden. Ten kterýma aneb musý potěšen býti.

Quod adtinet ad accidentia, quae participiis cum nominibus communia sunt, sequentia observanda veniunt.

I.) Quoad genus, numerum, declinationem, et casum eadem est ratio participiorum, quae adiectivorum in nomine: nam participia in *ns* sunt adiectiva unius terminationis, generis omnis, et declinantur ut: *felix*. Praeterita, et futura sunt trium terminationum, et declinantur, ut: *bonus*, *a*, *um*.

II) Participia quaedam adiectivorum instar comparantur etiam, temporis nimirum praesentis, et praeteriti; ut: *amans*, *amantior*, *amantissimus*, *egens*, *egentior*, *egentissimus*, ex-

expectatus, *expectatior*, *expectatissimus*, *optatus*, *optatior*, *optatissimus* etc. Nulla vero comparantur in *rus*, vel *dus*; nam *colendissimus*, *observandissimus*, recepta quidem: sed non sunt latina. Quaedam horum extra positivum vix aliter, quam in alterutro gradu reperies, ut in comparativo: *rectior*, *spoliatior*, *damnatior*: in superlativo, ut: *persuasissimus*, *deditissimus*, fortasse et *laudatissimus*.

Nota 1.) Participia nonnunquam degenerant in Nomina; quod duobus in primis fit modis. 1) amissa significatione temporis; ut: *doctus*, *eruditus*, *serpens*, *sapiens*, *oriens*, *sponsus*, *sponsa*, et similia, cum sunt sine tempore, aut fiunt substantiva. 2) Amisso verbi casu, seu mutata constructione verbi; ut: *amans* pecuniae, *patiens* inediae; *expertus* belli, *fugitans* vitium etc.

Nota 2.) Nomina quaedam formam participiis persimilem habent, revera autem participia non sunt; ut: *quadrupedans*, *viridans*, *praegnans*, *elegans*, *auratus*, *crinitus*, *fretus*, *praeditus*, *turritus*, *laureatus*, *personatus*, *peritus etc. Reliqua de Participiis ad Syntaxim Participiorum pertinent.*

CAPUT V.

DE PRAEPOSITIONE.

Quid Praepositio?

Est pars Orationis, quae ceteris partibus aut separata, aut coniuncta fere praeponitur.

Separata: ut: *Non sum apud me prae iracundia.*

Coniuncta: ut: *Praestat millies mori, quam DEUM vel levissime offendere.*

Quo-

Quomodo dividuntur Praepositiones?

Trifariam: quaedam Accusativum regunt, quaedam Ablativum: quaedam utrumque casum.

Admonitio. Quem praepositio quaequae casum regat, non ad Etymologiam quidem, sed ad Syntaxim pertinet. Nihilominus subiiciuntur hic praepositiones cum suis casibus: quia pueris earum usus fit maximus.

I. PRAEPOSITIONES CUM ACCUSATIVO.

Ad, *Hozzá, reá, mellé, hez-hoz, re, ra.* Nach, bey, zugegen. K, ke, na, do, K, vu, na, do. *K, na, do, za.*

Apud, *Nál, nálam, nálad, nála.* Bey. V, pri, Kod. *Pri.*

Ante, *Előtt, előttem, előtted, előtte.* Vor. Pred. Pred. *Prid.*

Adversus, vel adversum. *Ellen, ellenem, etc.* Gegen, wider. Proti, naproti. Proti, naproti, szuproti, *Protiva, suprot.*

Cis, Innen. *együlől.* Diesseits. Z tegto strany. Zove ztrane. *Sove strane.*

Citra, *Nélkül, innen, előtt.* Jenseits. Z oneg strany, Z-one ztrane. *S' one strane, odovud.*

Circiter, *Úgy mint, felé.* Ungefähr, beyläufig. Okolo. Okolo. *Okolo.*

Circa, *Környül, mellette.* Bey, um, rings umher. Pri. (neb) okolo. Okolo. *Okolo.*

Circum, *Körül, Környül.* Um, herum, Umher. Okolo, Okolo. *Okolo.*

Contra, *Ellen, ellenbe, ellenem.* Wider, gegen. Proti. Suproti. *Suprot.*

Erga, *Hozzám, hozzá.* Gegen. Proti, naproti. Proti, naproti. *Prama.*

Extra, *Künn, kinn, kivül.* Ausser, ausserhalb. Krome, wen, wne. Zvan. *Iz van.*

Intra, *Ban, ben, belé belöl.* Innerhalb, binnen. Wnitr, tam. Nutri. *U nutra.*

Inter, *Közt, között, Közöttem, etc.* Zwischen unter. Mezy. Med. *Medgy.*

Infra, *Alá, alá felé, alább alatt.* Unter, unterhalb. Pod, zespod, wedle, dole. Pod. *Pod.*

Iuxta, *Mellett, mellette, mellettem, etc.* Nach neben bey. Podle, wedle. Polek. *Pokrai.*

Ob

Ob, *Ért, miatt, azért.* Wegen, vor. Za, pro. Zbogzaradi. *Zbog, zaradi.*
Penes, *Mellet, mellette, mellettem, etc.* Bey. Pri, u. Pri. *Kod.*
Per, *Által, általa, rajta.* Durch. Skrz. Chez. *Kroz.*
Pone, *Hátúl, meget.* Hinterwerts, hinter. Pozadu. Pri. *Kod.*
Post, *Utánn, meget.* Nach, hernach, hinter. Za, potom. posled. Za. *Za*
Praeter, *Kivül, nélkül, mellett.* Ohne, neben, wider. Mimo, kromě. Mimo. *Osim toga.*
Prope, *Közel, mellett, etc.* Bey, beynahe. Pri blizko. Blizu. *Blizu.*
Propter, *Azért, érte, mellette.* Um, von, wegen. Pro, za. Zarad. *Zaradi.*
Secundum, *Szerént, nál, nél, mellette.* Nach, neben. Podle. Polek. *Pokraj.*
Secus, *Mellette*, Nahe, nahe bey. Podle, blizko. Polek blizu. *Blizu, uz, kod.*
Supra, *Rajta, felette.* Oben, über. Na, nad. Na, nad zverhu. *Nad, sverhu.*
Trans, *Által, túl.* Hinüber, überhin, jenseits. Prez, za. Prek. *Priko.*
Versus, versum, (etiam vorsus, vorsum.) *Felé, ellen.* Gegen, oder wärts. Proti, naproti. Proti naproti, *Frotiva.*
Ultra, *Túl, által, felett.* Weiter, jenseits, darüber. Pres z oneg strany. Dalije. *Dalye.*
Usque, *Addig, igg.* Bis, an. Až. Do. *Do.*

Nota 1.) In universum praepositiones, quae Accusativum regunt, numero sunt una et triginta, quae memoriae iuvandae caussa his continentur versiculis.

Trans, apud, adversus *quarto* iungantur, et ante,
Pone, per, adversum, iuxta, prope, versus, et infra,
Ad, post, et circum, circa, cis, circiter, extra,
Praeter, ob, intra, erga, citra, secus, usque secundum,
Et propter, contra, supra, penes, inter et ultra.

Nota 2.) Versus casui suo, quem regit, postponitur, ut *Massiliam versus. Brundusium versus.* Cic. Medus amnis meridiem versus fluit. Curt.

II. PRAEPOSITIONES CUM ABLATIVO.

A, ab, abs, Tól, *túl, töl, tül.* Von, durch, aus, ꝛc. Od. Od. *Od.*

Absque, *Nélkül.* Ohne. Bez. Prez. *Prez.*

Cum, *Val, vel, velem, veled.* Mit. S tim. Z. *S.*

Coram, *Elött, elötted, elötte.* Vor, in gegenwart. Pred, pritomnosti. Pred. *Prid.*

Clam, *Nélkül, lopva, tsalárdúl, alattomban.* Heimlich. verborgentlich, ohnewissen. Tagne, něwědomě, skrytě. Otajno, zkrivcze. *Potajno.*

De, *Ból, böl, rál, röl, alá.* Von wegen. Od, z. Od. *Od.*

E, ex, *Töl, tól, tül, ból, búl.* Von, aus. Z, od. Z, iz, od. *Iz, od.*

Prae, *Elöl, elöle, miatt, miatta.* Vor, gegen, vorher. Pred, proti, pred tim. Pred. *Prid.*

Pro, *Ert, elött, helyet.* Für. Za, pred, pro. Za. *Za.*

Procul, *Messze.* Von fern, weit. Zdaleka, opodal. Dalko. *Daleko.*

Palam, *Nyilván való, szem látomást.* Oeffentlich. Zgewně. Ocsi vezto. *Ocsito.*

Sine, *Nélkül.* Ohne. Bez. Prez. *Prez.*

Tenus, *Addig, igg.* Bis, nahe. Až. Do. *Do.*

Nota 1.) Tenus fere Genitivum amat, cum vocabulo multitudinis adhaeret, ut: Comarum tenus, lumborum tenus; Alioquin Ablativum, ut pectore tenus, ore tenus. Apud bonos auctores reperitur: *clam Patre, et clam Patrem.*

Nota 2.) Praepositiones Ablativo servientes in sequentes memoriales versus placuit redigere;

Abs, ab, et a posount, cum, clam sibi sumere sextum:
Et tenus, atque palam, procul, absque fruuntur eodem;
Ex, e, de, coram, pro, prae, sine: ponitur apte
Post patrium ferme numero *tenus* una secundo.

III. Accusativum, vel Ablativum pro varia significatione postulant.

In. *Ben, ban, an, en, red, ra, re, ba, be.* In, oder auf. W, do, na. Vu, na, po. *U, vina.*

Sub. *Alatt, alatta, alattad, etc.* Unter, bey. Pod, neb, pred. Pod. *Pod.*

Su-

Super. *Rajta, felette.* Auf, über, bey, darüber. Na, pres, to. Na, zverhu. *Na, sverhu.*

Nota: Si in his tribus Praepositionibus, quaestio fiat *per Quo?* Accusativum petunt, ut: *Eo in Templum. Librum abiecit sub mensam. Meditatur super glaciem.* Si vero per *Ubi?* Ablativum; ut: *Est in Templo, Iacet sub mensa. Cecidit super glacie.*

Subter, *Alatta, alattam, alattad.* Unter. Pod. Pod. *Pod.* Apud Oratores Accusativum habet, apud Poetas etiam Ablativum.

CAPUT VI.

DE ADVERBIO.

Quid est Adverbium?

Est pars Orationis, quae vocabulis addita, eorum significationem explanat, ac definit, ut *Raro loquitur; bene peritus; vehementer iratus; parum diligens.*

Adverbiorum varia sunt genera, et significationes.

Comparandi, ut: *Magis, minus, fortius.*

Confirmandi, ut: *Profecto, sane, certe, certo, scilicet, nae, utique, vere, verissime, haud dubie* etc. Huc pertinent formulae iurandi veterum: *mehercle, vel Hercle, Mecastor, Pol, Aedepol, medius fidius* etc.

Congregandi, ut: *Simul, una, pariter.*

Demonstrandi, ut: *En, ecce, et hem.*

Diversitatis, ut: *Aliter, secus.*

Dubitandi, ut: *forsan, forsitan, fortassis, fortasse* etc.

Eligendi, ut: *Potius imo* etc.

Eventus, ut: *Forte, fortuito.*

Hor-

Hortandi, ut: *Eia, age, agedum, agite.*
Intendendi, ut: *Acriter, studiose, vehementer.*
Interrogandi, ut: *Cur? quare? quid ita? quam ob rem?*
Loci, ut: *Hic, huc, hac, horsum.*
Negandi, ut: *Non, nequaquam, minime, haud, haudquaquam.*
Numeri, ut: *Semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, septies, octies, novies, decies, undecies, duodecies, tredecies, quaterdecies, quindecies, sedecies, decies septies, duodevicies, undevicies, vicies, vicies semel; semel et vicies, bis et vicies, ter et vicies, duo de tricies, unde tricies, tricies, semel et tricies, bis et tricies, undequadragies, quadragies, quinquagies, sexagies, septuagies, octogies, nonagies, undecenties, centies decies, centies vicies, ducenties, tercenties, quadringenties, quingenties, sexcenties, septingenties, octingenties, noningenties, millies; raro, rursus, iterum, tertium, quartum etc.*
Optandi ut: *Utinam! o utinam; o si!*
Ordinis, ut: *Primum, deinde, postea, deinceps, praeterea, denique, postremum.*
Prohibendi, ut: *Ne, minime, nequaquam.*
Qualitatis, ut: *Prudenter, perite, eleganter etc.*
Quantitatis, ut: *Parum, multum, satis, nimium etc.*
Remittendi, ut: *Segniter, remisse, oscitanter.*
Respondendi affirmative, ut: *Etiam, ita, maxime, quidni.*
Separandi, ut: *Seorsim, separatim.*
Similitudinis, ut: *Sicut, sicuti, ut, uti.*
Temporis, ut. *Hodie, cras, perendie, heri, nudius tertius.*
Vocandi, ut: *Heus; eho.*

Nota.

Nota. Praecipue notanda significata Adverbiorum Loci, ac Temporis, nempe persaepe in Thematibus occurrentium.

ADVERBIA LOCI.

Haec varia sunt: Nempe 1. In LOCO. 2. A LOCO 3. Ad LOCUM 4. Per LOCUM.

In LOCO, ad *Quaestionem* UBI? *Hol, holott?* Wo? Kde. Gde. *Gdi.*

Hic, is hic, *Itt, itten.* Hier, da. Tuto, zde, na tomto místě. Ovde, na ovomu meztu., *Ovdi, na ovomu mistu.*

Illic, *Imitt, amott.* Dort, daselbst. Tam. Onde, tam. *Ondi, tamo.*

Ibi, ibidem, *Ottan, ugyan ott.* Da, eben an dem Orte, eben daselbsten. Tu, tam, na tom místě. Onde, onde. *Ondi onde.*

Alibi, *Máshol, másutt.* Anderswo. Ginde, ginudy. Drugde. *Drugdi.*

Alicubi, *Valahól, valaholott.* Irgendwo. Někde. Negde. *Igdi.*

Ubiubi, ubilibet, ubivis, ubicunque, *Akárhol.* Wo es auch sey, allenthalben. Kdežkolivěk. Gdegoder. *Gdigod v. gdigdi.*

Nullibi, nuspiam, *Sehol.* Nirgends. Nikde. Nigder. *Nigdi.*

Ubique, *Mindenütt.* Ueberal. Wšade. Vszigder. *Svagdi.*

Utrobique, *Mindkét hellyen.* An beiden Orten. Z obuch strán. Na jednom y drugom meztu. *Na obadve strane.*

Utrinque, *Mind kétfelöl.* Zu beiden Seiten. Na obuch stranách. Z obodveh ztran. *S-obadve strane.*

Intus, *Belöl.* Darinnen. Tam, wnitř. Nutri, *U nutra.*

Foris, extus, *Kivül.* Draussen. Wenku, zewnitř. Zvuna. *Na dvoru.*

Longe, peregre, *Messze, távul.* Lang, weit, über Feld. Daleko, pres pole. Dalko. *Daleko.*

Prope, *Közel.* Nahe, bey. Blízko. Blizu. *Blizu.*

Iuxta, *Mellette.* Daneben. Podle. Polek. *Pokraj.*

Superne, *Fellyül.* Oberhalb, oberwärts. Z hůry, z wrchu. Zgora. *Ozgor.*

Inferne, *Alól.* Von unten auf. Z dole, ze spodku. Zdola. *Ozdol.*

II. A LOCO, ad *Quaestionem* UNDE? *Honnét, honnan?* Woher? Odkud? Odkuda. *Odkud.*

Hinc, *Innét.* Von hinnen, von hier. Odtud. Odovud. *Odovuda.*

Isthinc, Illinc; *Amonnét, amonnan.* Von dannen. Odtud, od onud. Odovud. *Odovuda.*

Inde, indidem, *Innét, onnan, ugyan onnant.* Von dannen, ebenda. Rowně odtud. Odonud. *Odonuda.*

Alicunde, *Valahonnan.* Anderst woher. Odněkud. Od drugud. *Od kudgod.*

Undeunde, undecunque, undelibet, undevis, *Akár honnét, akárhonnan.* Allenthalben her, woher du willst. Odkudkoliw, odkudkoliw chceš, aneb se líbý. Od kudgoder. *Od kudamudrago.*

Eminus, *Messzeséről, távolyról.* Von ferne, von weiten. Z daleka. *Iz* dalka. *Iz daleka.*

Cominus, *Közelről.* In der nähe, aus der nähe, von nahem. Zblízka. Iz bliza. *Iz bliza.*

III. Ad LOCUM, ad *Quaestionem* QUO? *Hova?* Wohin? Kam? Kamo v kuda. *Kam.*

Huc, *Ide.* Hieher. Sem. Szim. *Ovamo.*

Isthuc, illuc, *Oda, imide, amoda.* Da dorthin, dahin. Tam. Szim, tam. *Onamo, tamo.*

Eo, eodem, *Ugyan oda.* Dahin, ebendasselbe. Tam, w tom způsobu. Tam, vu to izto. *Tamo, onamo.*

Quopiam, *Valahová.* Wohin. Někam, někde. Nekam. *Kamo.*

Quoquo, quovis; quolibet. *Akár hová.* Wohin du willst, allenthalben. Kdekolwěk, kam chceš. Kamgoder, kam hóchesh. *Kudagod, kudamudrago.*

Quoversus, *Mely-felé, melly-tájra.* Wozu. Kam. Kam. *Kamo.*

Horsum, *Ide-felé.* Hieherwärts, herzu, auf diese Seite. Sem, tadeto, na tuto stranu. Szim, na tu ztran. *Amo.*

Istrorsum, illorsum, *Oda felé, ez felé.* Dorthinwärts, dorthinaus. Na tuto stranu, kam. Na ovu ztranu, na onu ztran. *Na ovu stranu, na onu stranu.*

Aliorsum, *Más-felé.* Anderstwohin. Někam ginam. Nekam drugam. *Nikuda na drugu stranu.*

Nullorsum, *Sehová.* Nirgendshin. Nikam. Nikam. *Nikuda.*

Dextrorsum, *Job felé, töled.* Zur rechten. Na prawo. Na deszmu. *Na desno.*

Lae-

Laevorsum, *Bal felé, hozzád.* Zur linken. Na lewo. Na levu. *Na livo.*
Extrorsum, *Ki, külső felé.* Hinauswärts. Po wenku. Vun. *Na dvor.*
Introrsum, *Bé, be, belső felé.* Einwärts. Do wnitř. Nuter. *U nutra.*
Prorsum, *Elő, előbre.* Gänzlich, gerade durchaus. Cwo-ssem docela, prawo. Napervo. *Sasvim.*
Retrorsum, *Hátra.* Hinter sich, rückwärts. Nazád, pozadu. Nazad. *Natrag.*
Seorsum, *Fel-felé, félre.* Besonders, beyseits. Obwzlásstne. nastranu. Naszamo. *Osebi.*

IV. Per LOCUM, ad *Quaestionem* QUA? Merre? Wo durch? Kade. Kud. *Kuda.*

Hac, *Erre.* Hiedurch. Tade, tadeto, Ovud. *Ovuda.*
Illac. isthac, *Arra, amarra.* Dadurch. Onade, tadeto Onud, ovud. *Onuda, tuda.*
Quaqua, quacunque, *Akár mere.* Wohin man will. Kam se chce. Kudkud, kudgoder. *Kudgod.*
Eadem, recta, *Ugyanarra, egyenessen által.* Geraden Weges. Rowne tade, zrowna. Po tom iztom, z-raven, ravnim. *U pravo, upravce, pravim putem.*

ADVERBIA TEMPORIS.

Alia sunt Praes. Praeter. Futuri, Infin. Temporis.

I. PRAESENTIS TEMPORIS.

Hodie, *Ma, méglen.* Heute. Dnes. Denesz. *Danas.*
Iam, *Már.* Jetzt, schon. Guž, nyní. Vre. *Vech.*
Nunc, modo, *Mostan, most.* Jtzt, gleich. Nyni, wčil. *Vezda, Sada.*
Mox, *Azonnal.* Bald, eilends. Hned, skoro. Taki. *Odma.*
Statim, *Mindgyárt.* Bald, alsbald. Hned, skoro. Taki. *Taki.*
Adhuc, *Még, méglen.* Bis, jetzt. Gesstě, až posawad. Josche. *Josh.*

II. PRAETERITI.

Heri, *Tegnap.* Gestern. Wčera. Vchera. *Jucser.*
Pridie, *Azelőtt való nap.* Vorigen Tags. Před tim dnem. Pred jednem dnevom. *Prid jednim danom.*

Nu-

Nudius tertius, *Tegnap-elött.* Vorgestern. Pred třemi dni. Pred dvemi dnevi, pred vchera. *Prid jučer.*
Nudius quartus, quintus: etc. *Négy, ött nap elött, etc.* Vor vier, fünf Tagen. Pred čtyrmi, pred pěti dni. Pred chetiri, pet dnevi. *Prid csetiri, pet dana.*
Antea, antehac prius, *Azelött, ezelött, elöbb.* Vor der Zeit, vor diesen, viel eher. Pred časem, pred tim, prwe. Pred, predtem, pervlije. *Prie, prie toga.*
Nuper, nuperrime, *Minap, minapában.* Kürzlich, neulich. Ne dáwno, onehda. Vetomadne. *Onomadni.*
Pridem, iam pridem, iam dudum, *Régen.* Längst. Onehdy dáwno, prwedáwno. Zdavnija, vre z-davnija. *Davno. vech davno i davno.*
Quando, aliquando, olim, *Egykorban, valaha, régen.* Einstens, vormals. Pred časy, nekdy, dáwno. Gdanegda, zdavnija. *Nigda u niko vrime vel doba.*

III. FUTURI.

Cras, *Holnap.* Morgen. Zegtra. Zutra. *Sutra.*
Perendie, *Holnapután.* Uibermorgen. Pozegtrj. Po zutra. *Priko sutra.*
Postridie, *Másod-nap, egy nappal azutánn.* Nach zween Tagen. Na trety den. Drugi dan. *Drugi dan.*
Propediem, *Rövid napalatt.* Im kurzen. Wkrátkym čase ſkoro. Na zkorom. *Na skoro, nablizu.*
Deinceps, deinde, postea, posthac, *Azutánn ezutánn, ennek utánna, annak utánna.* Nachmals, wiederum darnach, nachgehends, hernachmals. Potom, potomno, budaucně. Potlam, zatem. *Potlam, zatime, u napridak.*
Proxime, *Nem sokára, majd.* Nächstens. Hned, potom. Na blizom. *Na skoro.*

IV. INFINITIVI.

Interdum, subinde, quandoque, *Néhanéha.* Bisweilen, dann und wann, immer. Druhy na čas, někdy, časem. Negda. *Kadkada, kadshto.*
Semper, *Mindenkor.* Allzeit, stets. Wždycky. Vszigdar. *Uvik.*
Nunquam, *Sohasem.* Niemals. Nikdy. Nigdar. *Nikda.*
Saepe, crebro, frequenter, *Gyakran, gyakorta.* Oft, vielmal. Často, snažně, ustawičně. Cuztokrat. *Csesto, mlogo puta.*
Raro, haud saepe, *Ritkán, kevésszer.* Selten. Zřídka, nečasto. Redko krat. *Ritko-malo kada, u ritko.*

In-

Interea ; interim, *Azalatt*, *ezalatt*, *azomban*. Unterdessen, indessen. Zatim, mezy tim. Med tem toga: *Medgyutime.*

Quoad, donec, dum, *Még*, *méglen*, *midőn*. So lange, bis, bis daß. Dokád, dokawád, až. Doklam. *Dok.*

Nondum, *Mégnem*. Noch nicht. Gesstě ně. Josche ni: *Josh ne.*

Mane, *Reggel*, *idein*, *korán*. Morgen früh. Ráno. V-jutro, rano. *Jutrom*, *jutros rano.*

Vesperi, sero, *Estve*, *későn*. Abends, spät. Wečer, pozde. K-vecheru keszno. *Vecseras*, *kasno.*

Statim, extemplo, confestim, protinus, cito, actutum, continuo, *Mindgyár*, *azonnal*, *sietve*, *szüntelen*. Alsbald, flugs, stracks, unverweilt, eilends, geschwind. Hned, rychle, honem, skoro. Taki, frisko, nepreztancze, vszigdan, vekivechno. *Taki*, *odma*, *udily*, *frishko.*

Perpetuo; aeternum, *Mindenkor*, *öröké*. Immerdar, ewiglich. Ustawičně, wečně. Vszigdar, vekivechno *Nepristance*, *údilyno.*

Diu, *Sokáik*. Lange Zeit. Dluho. Dugo. *Dugo.*

Interdiu, *Nappal*. Bei Tage, des Tages über. We dne. Negdar ter negdar. med dnevom. *Kadkada.*

Aliquamdiu, aliquantisper, tantisper, paulisper, paulum, tantillum. *Egyideig*, *egy kevessé*. Etwas lang, eine kleine Zeit, so lang, ein wenig, gar wenig. Ponekud, drobet, potuď, krátky čas, drobet málo, tak málo. Nekulik chasz, za mal chasz, to tuliko, malo, majuchko. *Csasom*, *za mali csas*, *jedno malo*, *majucko.*

Commodum, *Az órába*, *szinte akkor*. Zur rechten Zeit. Příležitě. Hasznovite. *U dobro vrime.*

Opportune, tempestive, *Jókor*, *idein*, *korán*. Zeitlich, bequemlich. Prawě, přihodně. Prilichno, zagoda. *Prilicsno*, *zgodno.*

Adhuc, *Még*, *méglen*, *most-is*. Annoch, bis jetzt. Gežte, až posawad. Josche. *Josh.*

Admonitio. Haec non ea caussa adscripta sunt pluribus, ut memoriae mandentur in scholis; quia tamen post Primitivorum notionem, Particularum cognitio ab omnium linquarum Magistris brevissima habetur ad auctores

intelligendos via, operam dabit Praeceptor, ut ingeniosus discipulus privato labore, et per intervalla vel memoriter discat, vel saepius relegendo familiares sibi reddat utcunque; vel denique horum Adverbiorum, Praepositionum, Coniunctionum Indiculum alphabetico ordine subiectis Significatis conficiat. Quae scriptitatio memoriam valde iuvat.

De Comparatione Adverbiorum.

Quae Adverbia Comparantur?

1mo.) Orta ab adiectivis comparabilibus 1mae, et 2dae Declinationis mutant *us* Positivi in *e*, ut: *iustus*, *iustissimus*, *iuste*, *iustissime*; Comparativi *or* in *us*; ut: *iustior*, *iustius*. Ab Adiectivis vero tertiae Declinationis orta, in positivo fere in *ter* desinunt, ut: *breviter*, *acriter*, *fortiter*, *eleganter*, *audacter* etc. In Comparativo vero et Superlativo itidem in *us*, et *e* terminantur; ut *brevis*, *breviter*, *brevius*, *brevissime*. Nonnulla a nominibus 2dae Declinationis profecta, illud *ter* assumunt, ut: a firmus, largus, amplus, humanus; *firmiter*, *ampliter*, *largiter*, *humaniter etc.*

2. Comparantur etiam adverbia, quaedam non nata a nominibus, ut: *saepe*, *saepius*, *saepissime*, *diu*, *diutius*, *diutissime*; *pene*, *penissime*; *penitus*, *penitius*, *penitissime*; *nuper*, *nuperrime*; *satis*, *satius*; *secus*, *secius*. Occurrit etiam ab adverbio tempori (tempore) apud *Plaut. Cic. Ovid. Catonem: temporius*; ut: modo *temporius*, modo serius. *Néha hamarébb*, *néha késöbben.* Bald eher, bald später. Gjž ſtoreg, gjž neſtoreg. Kadkad zaranie, Kadkad kasnie. *Negda zarancshe*, *negda kaschneshe.*

3. Huc pertinent etiam adverbia illa, quae ex praepositionibus sine casu suo iunctis nonnun-

nunquam oriuntur, adverbialiterque sumta gradus comparationum assumunt: ut ante, *anterior*; citra, *citerior*, *citimus*; extra *exterior*, *extimus*; infra, *inferior*, *infimus*; intra, *interior*, *intimus*; post, *posterior*, *postremus*; prae, *prior*, *primus*; prope, *propior*, *proximus*; supra, *superior* *supremus*; ultra, *ulterior*, *ultimus*.

Nota 1) Quibus adiectivis in comparativo *magis*, in superlativo *maxime* praefigitur; idem fit etiam adverbiis ab iis profectis; e. g. *egregie*, *magis egregie*, *maxime egregie*.

Nota 2) Sunt etiam nonnulla Anomala: ut: *parum minus*, *minime*, et (sed diversa significatione) *minimum*, *male*, *peius*, *pessime*, *magis*, *maxime*, *sero*, *serius* etc. facilis: *facile*, *faciliter* rarius, a difficilis, *difficile*, *difficulter*, et *difficiliter*; quaedam in o et adverbium positivi habent, ut *certe*, vel *certo*; *tute*, vel tuto etc.

CAPUT VII.

DE INTERIECTIONE.

Quid est interiectio?

Est Pars Orationis, quae varios animi affectus indicat.

Interiectionum variae sunt formae, et significationes?

Admirantis, *Papae! o! Vah! o! hem! hui*!
Deprehendentis aliquid ex improviso, ut: *At*, *sed*.
Dolentis, et ingemiscentis, ut: *Ah! heu! hei! eheu?*
Eiulantis, ut *Oh! oh*!
Exclamantis, ut: *Proh! o!*
Execrantis, ut: *Nefas! nefandum!*
Exclamantis, et interdum insultantis, ut: *Vah!*

Irridentis, ut *O praeclarum custodem ovium, ut aiunt, lupum! hui! vah! hem heia!*
Laetantis, aliquando exultantis; ut: *Evax! io! evohe! iu!*
Legentis, ut: *Hei! hoi! oha! heu!*
Praesagientis malum, vel miserantis, vel minantis: *Vae!*
Reiicientis cum fastidio, ut: *Apage, apage sis! phui! phy!*
Silentium indicentis, ut: *St! pax! ho! au!*
Stomachantis, sive indignantis, ut: *Malum!*
Suspirantis, ut: *Ah! ah!*
Timentis, ut: *Hei!*
Approbantis, vel laudantis. *Euge! eia! agedum! macte!*
Blandientis: *Eia! sodes! sis! quaeso! amabo!*
Metuentis. *At! at!*
Ridentis, *Ha! ha! ha!*
Vocantis. *Heus! O! eho!*
Revocantis: *Eia!* Plaut. Cassin. 5. 6.
Respondentis, vel potius respondere nolentis. *Hem!*

Nota. Variis his interiectionibus comici in primis, et dialogorum scriptores ad varios animi affectus exprimendos utuntur.

CAPUT VIII.

DE CONIUNCTIONE.

Quid est Coniunctio?

Est pars Orationis, qua non tantum singulae dictiones, sed integrae sententiae apte connectuntur, et ordinantur; ut vir bonus, *et* doctissimus. Homo *non tantum* praestanti ingenio, *verum etiam* insigni virtute praeditus.

Quot

Quot modis dividuntur Coniunctiones?

Duobus: Ratione significationis, seu potestatis, et ratione collocationis, seu ordinis.

Quae sunt species coniunctionum ratione significationis?

Sunt variae; ad praecipuas referuntur sequentes:

Cuius significationis sunt Coniunctiones?

Quaedam sunt:

1. Adversativae, ut: *Etsi, tametsi, quamquam, quamvis etc. Ambár, noha.* Obgleich, wie wohl, obschon. Nechť, ačkoliw. Akoprem. *Premda v premako.*

Nota. Quidam has Coniunctiones concessivas vocant, eo, quod aliquid concedant, cui sequens sententia videatur adversari; adversativas vero illas, quae a concessiva diversum quid subiungunt: ut: Sed, at, ast, vero, verum, porro, atqui, tamen etc.

2. Causales; ut: *Nam, namque, siquidem, quia, quoniam, enim, etenim, quod, propterea, etc. Mert, azért.* Denn, weil, indem, daß, damit. ꝛc. Nebo, poněwáč, nebogeſtliže. Ar, kajti, zato. *Jerbo, jer, zato.*

3. Collectivae, sive illativae, sive rationales; ut: *Ergo; igitur; quare; quocirca, quapropter; itaque; etc. Tehát, az okáért, annak okáért.* Darum, dannenhero, warum, deswegen, derohalben. Protož, tedy, proč. Ada, anda. *Indi, dakle.*

4. Copulativae, ut: *Ac, atque, et, que, etiam, quoque, item, cum, tum, tam, quam, nec, neque. És, is, nemtsak, hanem, mint, mint sem, sem.* Und, auch, desgleichen, wie-

auch, sowohl, als auch, nicht nur, sondern auch, nicht, weder. A, a taky, než, podobnì, též, gak, tak též, anj, aniž. Y, ter. *I.*

5. Disiunctivae, ut: *Vel*: *ve*, *sive*, *aut*, *sed*. *Vagy*, *avagy*, *akár*, *de*. Entweder, oder sondern. Neb, aneb, budto. Ali, niti. *Ili ali.*

6 Explicativae, ut: *Quidem*, *equidem*. *Igazán*, *nyilván*, *bizonyára*. Ja gewißlich, zwar. Sy-ce, zagiste. Ztanovito, nekajda. *Doista*, *zaizto.*

Nota. De reliquis speciebus coniunctionum in *Syntaxi ornata*.

Quotuplex est Coniunctio ratione collocationis?

Triplex: alia est *praepositiva*, quae in orationis principio ponitur: alia *postpositiva*, seu *subiectiva*, quae uni, aut pluribus vocalibus subiicitur: alia *communis*, seu *media*, quae alias praeponitur, alias subiicitur.

1) Praepositivae sunt: *Aut*, *ac*, *atque*, *at*, *ast*, *vel*, *nec*, *neque*, *nisi*, *sive*.

2) Subiectivae *Que*, *ve*, *ne*, *quidem*, *quoque*, *autem*, *vero*, *enim*, *tamen*, *etc.*

Nota. Que, ve, ne, etiam enclyticae dicuntur, et velut cum Nomine aut verbo in unam vocem coalescunt, ut *Tuque Puerque tuus*. *Aisne*, *vel ain: albus aterve sit*.

5) Communes sive mediae; *Ergo*, *igitur*, *itaque*, *equidem*, *etc.*

Admon. Postpositivae Particulae probe inculcandae sunt eo, quod in his saepe peccatur. Variae hae coniunctiones; quos Modos post se postulent, non est huius loci explicare: Ut tamen tirones in componendis thematibus inoffenso pede progrediantur, de sequentibus interea etiam moneri possunt.

a)

a) *Coniunctivo* iungi amant, *ut*: *quo*, hogy, damit, aby, *ne*, *quin*, hogy, ne. daß nicht, aby ne, *licet*, *quamvis*, *ut*, ámbár, obwohlen ačprawe; *cum*, mivelhogy, weil, ponewádž; quando est particula coniunctiva temporis, *midőn*, *mikor*, da, když, eleganter iungitur coniunctivo. sed tantum in Praeterito Imperfecto, plusquam Perfecto, et Futuro e. g. Fuit tempus, cum docti homines in pretio *essent*. Quae cum Caesar *dixisset*. Plura de his, cum Syntaxi *studueris*.

b) Modo Indicativum, modo Coniunctivum adsciscunt: *si*, *sin*, *siquidem*.

c) *Etsi*, *tametsi*, *etiamsi*, *quamquam*, sub initium sentetiae magis Indicativos postulant: etsi vereor iudices etc.

d) *Quod* cum caussam, ac rationem reddit, et *quia* tum indicativo, tum Coniunctivo gaudent. Ut: Fecisti mihi gratum, *quod* Serapionis librum ad me *misisti*. Cic. Admiratus sum, *quod* ad me manu tua *scripsisses*. Idem.

Admonitio. Atque hactenus de Ethymologia; hoc est de singularum partium orationis discrimine ac proprietate. Ad Magistri Scholae huius praecipuas pertinebit curas, ut tirones, quemadmodum Instituti Litterarii Sec. II. Cap. II. praecipitur, eousque deducantur, ut primum Octo partes orationis dignoscere: deinde *Nomina declinare*, *et verba inflectere in primis sciant*, *neque enim* teste Quintiliano *aliter ad intellectum sequentium pervenire possunt*; denique, qui sunt felicioris ingenii, verba etiam in breves simplicesque sententias componere noverint; in horum in primis usum adnexa est hic *Syntaxis*, continens *quatuordecim praecepta de Constructione*.

QUA-

QUATUORDECIM PRAECEPTA DE CONSTRUCTIONE.

PRAECEPTUM I.

Verbum Personale finiti modi antecedit Nominativum aperte, vel occulte eiusdem Numeri, et Personae. *Cic. Si vales, bene est: ego quidem valeo.*

Nota I. Hic Nominativus Verbi, respondet quaestioni *Quis? ut: ego lego. tu rides: Praeceptor docet, nos legimus, vos scribitis, aleatores vapulant. Mens iudicat, voluntas eligit; corpus paret. Caecus non cernit, surdus non loquitur. Homines, dum docent, discunt. Semper avarus eget. Animus peccat, non corpus. Tandem bona caussa triumphat.*

Nota II. In Latino Nominativus Pronominum primae, secundae, et tertiae Personae, ut: *Ego, tu, ille, nos, vos, illi,* fere omittuntur, ac tacite intelliguntur, ut: *quid facis? scribo. Praeterita mutare non possumus. Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.*

PRAECEPTUM II.

Verbum personale infiniti modi postulat ante se accusandi Casum, si Constructio e finito fiat per infinitum, ut: *Gaudeo te salvum rediisse. Sentimus calere ignem, nivem esse albam, dulce mel.*

Nota Modus finitus mutatur in infinitum, post omissam Coniunctionem *Quod.*

Admon. Caveat Praeceptor hoc loco doctrinam de omittendo *Quod* attingere, quae non ante tradenda est, quam planam, simplicemque constructionem emendate componere norint tirunculi.

Prae-

PRAECEPTUM III.

Omne Verbum Personale finiti Modi, utrinque Nominativum recipit, cum utrumque Nomen ad eandem rem pertinet, cuiusmodi maxime est Verbum Substantivum *Sum*: item: *forem, fio, evado, existo, maneo, nascor, orior*, et verba passiva vocandi, ut: *appellor, dicor, nominor, etc. e. g. Senectus ipsa est morbus. Parsimonia magnum est vectigal. Vita nostra est peregrinatio. Consvetudo est altera natura. Hannibal Praetor factus est. Cicero celeberrimus Orator evasit. Brutus exstitit vindex Romanae libertatis. Iustitia erga Deum religio dicitur, erga parentes, pietas.*

PRAECEPTUM IV.

Verbum Activum post se accusandi Casum postulat, ut: *Pueri ingenui amant literas.*

Nota. Hic Accusativus quaestioni *quid* respondet, ut: nosce *te ipsum.* DEUS *mundum aedificavit.* Religio *Deum colit* superstitio *violat. Panem et aquam* natura *desiderat.* Proba merx facile *emptorem reperit.* Nunquam *virtutem deserit* invidia. Te sine teste *time.*

PRAECEPTUM V.

Verbum Passivum Ablativum cum praepositione *a* vel *ab* postulat post se, ut: *A pueris ingenuis amantur literae.*

Nota. Hic Ablativus quaestioni *a quo* respondet, ut; *A Deo* omnia *facta*. et *constituta* sunt; Commoda, quibus utimur, *a Deo* nobis *dari* atque *impertiri* videmus Deforme est, quid dignitate praestas, *ab his* virtute *superari*. *Laudatur ab his, culpatur ab illis.*

PRAECEPTUM VI.

Quotiescunque duo Nomina Substantiva ad eandem rem pertinentia in Oratione continuantur.

tur, in casu concordant, ut: *Urbs Roma. Marcus Tullius Cicero. Tulliola meae deliciae. Pompeius vir carissimus. Aetna mons. Athenae Urbs. Alexander victor* tot regum, atque populorum irae succubuit. Effodiuntur *opes, irritamenta* malorum. Multa me docuit *usus magister egregius.* Apud *Herodotum, patrem historiae, sunt innumerabiles fabulae.*

PRAECEPTUM VII.

Quotiescunque duo Nomina Substantiva ad res diversas pertinentia; in oratione ponuntur sine constructione, alterum erit Genitvi Casus; ut: *Liber Pompeii, Poena peccati.*

Nota. Hic Genitivus quaestioni *cuius* respondet. Ubi in vernacula nomen ex duobus compositum occurrit; singulariter attendendum est, quonam e duobus ad quaestionem *cuius respondeatur*, ut: *Pompejusnak a' könyve. A' bűnnek büntetése.* Das Buch, Pompeii. Die Straffe der Sünde, Knjha Pompejowa. Pokuta hrjchu. Knyiga Pompejusha Kastiga greha. *Knyiga Pompeja. Pedepesa Grihu.* Ut initium *sapientiae,* est timor *Domini.* Honor est praemium *virtutis:* Somnus est imago *mortis.* Extremus *anni* mensis olim Februarius erat; nunc December: *Omnium rerum* principia parva sunt. Varia sunt *hominum* iudicia.

PRAECEPTUM VIII.

Nomina Adiectiva, Pronomina, et Participia concordant cum suis Substantivis in Genere, Numero et Casu. *Ut Contempta parva scintilla, magnum saepe excitavit incendium.* Corrumpunt *bonos* mores colloquia *prava.* Amicus certus *in* re *incerta* cernitur. Piscator *ictus* sapit. Nescit vox *missa* reverti. *Mala* causa *silenda* est.

Nota. Si in constructione unum, vel plura Substantiva occurrent, Adiectivum cum eo Substantivo consentiet, quo ad quaestionem *quis* respondetur. ut: *Nova*

va

va domus porta, non *novae*. *Iuventuti innata levitas*, non *innatae*.

PRAECEPTUM IX.

Relativum Qui, Quae, Quod concordat cum antecedente Substantivo, in genere, et numero, ut: *Accepi literas, quae mihi missae sunt*. *Legi librum quem scripsisti*. *Deus* est; *qui* omnem hunc mundum regit. *Iustitia est, quae* suum cuique distribuit. Nullum *animal*, *quod* sanguinem habet, sine corde esse potest. Ea est iucundissima *amicitia*, *quam* similitudo morum coniugavit. *Arbores* serit agricola, quarum fructus ipse adspiciet nunquam.

Nota. Idem intelligendum est de Pronominibus *hic*, *iste*, *ille*, *ipse*, *is*, *idem*, cum relativa fiunt, e. g. Venit obviam *puer* tuus, *is* mihi litteras dedit. Cic.

PRAECEPTUM X.

Quodvis Verbum admittit Praepositionem cum suo Casu, ut: *Fui in Templo*. *Eo in Gymnasium*. Pauci *perveniunt ad senectutem*. Caesar *adversum Pompeium* dimicavit. Longum iter *est per praecepta*, breve, et efficax *per exempla*. Mors *propter incertos casus* quotidie imminet. Etiam *sine Magistro* vitia discuntur. *Cantabit* vacuus *coram latrone* viator. Ex vita *discedo*, tamquam *ex hospitio*, non tamquam *ex domo*.

PRAECEPTUM XI.

Omne Verbum, et multa nomina Dativum habere possunt eius rei vel Personae, cui qualicunque modo aliquid acquiritur, vel adimitur, seu in cuius commodum, vel incommodum aliquid fit; ut: *Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem et metes*.

Nota

Nota Hic Dativus quaestioni *cui* respondet, sic: Peccare *nemini* licet. Vir bonus est is, qui prodest, *quibus* potest, nocet *nemini*. Deo probitas grata est. Non sum *uni angulo* natus: patria mea totus hic est mundus. Non tantum *corpori*, sed etiam *moribus* salubrem locum eligere debemus. Non *scholae*, sed *vitae* discimus.

PRAECEPTUM XII.

Temporis continuatio in Accusativo, vel Ablativo ponitur, frequentius tamen in Accusativo, si per *quamdiu* fiat interrogatio; *Troia decem annis, vel annos obsessa est. Totas noctes* somniamus. Quaedam bestiolae *unum diem* vivunt. Consules Romani non longius imperium, quam *annum unum* habebant. Ager cum *multos annos* quievit, uberiores adferre fruges solet. Cum *Ablativo*: *Tredecim annis* Alexander regnavit. Imperium Assyrii *mille trecentis annis* tenuere. Sunt regiones, ubi sol sex mensibus continuis non videtur.

Si autem non per *quamdiu?* sed per *quando* fiat Interrogatio, tempus ablativo casu effertur, ut: *Id superiori anno evenit.* Abeunt hirundines *hibernis mensibus*. Arabes campos, et montes *hyeme*, et *aestate* peragrant. *Qua nocte* natus est Alexander: *eadem* Dianae Ephesiae templum deflagravit, Socrates *supremo* vitae *die* multa de immortalitate animorum disseruit.

Nota. Excipe, si praepositio praecedat, ut: *Ante paucos dies, post meridiem.* Hannibal Italiam *per annos sedecim* variis cladibus fatigavt. Aetnae montis per tot saecula durat incendium.

PRAECEPTUM XIII.

Cuicunque Verbo addi potest Ablativus significans 1. *Pretium*, ut: *Emi librum duobus florenis*. Darius *mille talentis percussorem* Alexandri *emere* voluit. Diem, aquam, solem, lu-

nam,

nam, haec *argento non emo*. Plurimus *auro venit* honos.

2. Vel *Instrumentum*, ut: *Scribo calamo. Hisce oculis egomet vidi. Dente* lupus, *cornu* taurus petit. Naturam expellas *furca*, tamen usque redibit.

Sic. Manibus palpare. Pedibus trudere. Baculo, virga ferire. Vinculis catenis ligare. Cladio, hasta, telis pugnare. Malleo, acu, penicillo, dolabro victum quaerere. Reti, hamo piscari. Testudine, fidibus, organo canere.

3. Vel *Caussam* propter quam aliquid fit, ut: *Servus tuus interiit fame. Nulla re* tam *laetari* soleo, quam meorum officiorum *conscientia*. Oderunt peccare boni *virtutis amore*: oderunt peccare mali *formidine poenae. Metu* supplicii, aut mortis multi vim tormemtorum pertulerunt.

Nota. Aliquando Ablativus causae permutatur Accusativo cum praepositione *per*, aut *propter*; ut parere legibus *propter metum*. Cic. i. e. metu: saepe *per has flecti* Principis ira solet. Ovid. i. e. lachrimis.

4. Vel *Modum*, quo aliquid fit, ut: *Iniuriam tulit aequo animo*. Modum autem actionis cognoscimus per quaestionem *Quomodo?* ut: *Innocens laeto animo moritur. Lento gradu* ad vindictam sui divina *procedit* ira, tarditatemque supplicii *gravitate compensat*. Val. Max. Multi magni morbi curantur *abstinentia*, et *quiete*. Cels. Non modo *patienti*, sed etiam *libenti animo* religioni parebo. *Cic.*

Nota. I Quando Substantivum Modi in vernaculo cum praepositione *cum*, sed sine Adiectivo ponitur, dicta praepositio fere in Latino adhibenda est, ut: *Tuas litteras cum voluptate legi.* Nec recte diceretur; *Tuas litteras voluptate legi.* Sic: *cum metu dicere, cum fide, cum aequabilitate facere.* Cic.

Nota. II. Quod si substantivo Adiectivum iungatur, Praepositio *cum* vel omittitur: vel inter, aut ante Substan-

stantivum, et Adiectivum ponitur, ut: *Tuas litteras magna voluptate, vel magna cum voluptate, vel cum magna voluptate legi.* Sic: *bona fide dicere.* Cic. *aequo animo mori.* Idem pacem *incredibili celeritate* confecit. Id: Palpebrae *cum summa celeritate* clauduntur. Tibi *summo cum studio* praesto futurus sum.

Talia substantiva Modi sunt pleraeque humanae affectiones, virtutes, et vitia voluntatis. *et intellectus;* ut: metus, timor, pavor, audacia, generositas, nausea, taedium, fastidium, stomachus, indignatio, ira gaudium, laus, dolor, tristitia, sapientia, stultitia, astutia, humanitas, circumspectio, providentia, religio, benigintas, lenitas, caritas, fides, spes, patientia, diligentia, studium, ineptia, petulantia, levitas, temeritas, inertia. etc.

Nota. III. Si Vernaculum *Cum* Societatem significat, in Latino expresse ponitur, ut: *cum Fratre exivi.* Vagamur *cum coniugibus, et liberis.* Cic. *Cum tunica pulla* sedere solebat. Id. Semper eum pedisequi *cum nummis* sequebantur. *Corn. Nepos.*

Nota. IV. Illud Substantivum censendum est *Instrumentum*, sine quo (aut eius simili) res fieri non potest; ut: *Baculo eum percussi.*

Contra, si absque eo fieri possit, erit ablativus societatis; et *Cum* praeponendum erit, ut: *cum baculo exivi, cum pallio ad me venit.* Etsi non desint exempla praesertim apud Historicos, dum de *exercitu* loquuntur, exmissae praepositionis *cum*, sic Caes. B. G. II. 7. Ad castra Caesaris *omnibus copiis* contenderunt. Sall. Cap. 57. §. 4. Antonius *magno exercitu* sequebatur. Lib. XXXI. 56. Postero die *omnibus copiis* Consul in aciem descendit.

PRAECEPTUM XIV.

Gerundia, et Supina, et Participia postulant post se casum Verborum, a quibus oriuntur, ut: *Scribo literas, Tempus est scribendi literas. Eo scriptum literas. Sum scripturus literas. Studendum est literis. Utendum tempore. Pietati summa tribuenda* laus. Hannibal *Patri-*

am

am defensum revocatus est. Fuere Cives, qui *se, remque publicam perditum* irent. *Legis divinae parens* nunquam committet; ut alienum appetat, et id quod alteri detraxerit, sibi assumat. *Visu carentem* magna pars veri latet.

APPENDIX.

Admon. Cum tam in Latini Sermonis exemplaribus probatissimis, quam in thematibus praesertim Historicis, quae dictari solent, 1.) *Nomina locorum:* 2.) verba *Infinitiva.* 3.) *Interrogativa* perfrequenter occurrant: visum est exemplo aliarum Grammaticarum, illas quoque e Syntaxi regulas, quae de his habentur, tironibus delibandas praemittere.

I. De Nominibus Locorum.

1) Ad Quaestionem *Ubi?* Nomina Propria Pagorum, Castellorum, Urbium primae, et secundae Declinationis ponuntur in Genitivo; ut: *Fui Romae, Brundusii, Budae. Alexandriae* celeberrima olim Bibliotheca fuit. *Tusculi* ante, quam *Romae,* sumta sunt arma. *Tyri* olim maxime mercatura florebat, et hodie *Amstelodami,* et *Londini.*

2) Si vero Tertiae Declinationis, vel numeri Pluralis fuerint, in ablativo, ut: *Moratur Neapoli, Athenis, Carthagine. Babilonae* Alexander mortuus est. *Lacedemone* fuit honestissimum domicilium senectutis. *Athenis* iam diu doctrina interiit. Paulus Apostolus *Romae, Corinthi, Ephesi, Troade, Athenis, Philippis,* aliisque locis compluribus Evangelium praedicavit.

3) Ad Quaestionem *Unde?* sequitur Ablativus, ut: *Rediit Tyrnavia, Graecio, Neapoli, Athenis.* Paulus Epistolas scripsit *Roma, Corintho, Philippis, Athenis, Laodicea, Nicopoli.*

li. Qui Venetiis Neapolim proficiscitur; Apenninos montes transcendit. Qui *Hamburgo* Londinum navigat, mare germanicum traiicit.

4) Ad Quaestionem *Quo?* respondet Accusativus; ut: *Profectus est Tyrnaviam*; *Graecium*, *Neapolim*, *Carthaginem*, *Athenas*, *Parisios*. Paulus Apostolus Epistolas misit *Romam*, *Corinthum*; *Ephesum*, *Philippos*, *Colossas*, *Thessalonicam*. Multae nationes quondam *Delphos* ad Apollinis oraculum profectae sunt.

II. De Infinitivis.

Quando duo verba iunguntur absque coniunctione, alterum in *infinitivo* ponitur. Verba illa, quibus infinita adduntur, Grammatici vocant *servilia;* suntque: *soleo*, *incipio*; *debeo*; *coepi*, *desino*; *possum*, *queo*. *nequeo* etc. Infinito etiam iunguntur verba, quibus voluntatis persecutio significatur; ut: *volo*, *malo*, *cupio*; *aveo*, *appeto*; *exopto* etc. Contraria: *nolo*; *recuso*, *respuo* etc. Verba conandi: ut *conor*, *nitor*, et his multa similia; e. g. qui *mentiri solet*, *peierare consuevit*. Maximi *debemus aestimare* conscientiam. Mors propter brevitatem vitae nunquam longe *potest obesse*. *Intuêri* solem adversum *nequimus*. Graeciae Civitates, dum *imperare* singulae *cupiunt*, imperium omnes perdiderunt. Improbus est homo, qui beneficium *scit sumere*, et *reddere nescit*. Qui e nuce nucleum *esse vult*, frangit nucem. Ferre laborem consuetudo docet.

Reliquae observationes de infinitivo in Syntaxi ulteriore.

III. De Interrogativis.

Interrogativa post verba *sensuum*, ut: *audio*, *video*, *scio*, *nescio*, *intelligo*, *credo*, *experior*; etc.

etc. et verba *dicendi*, ac *significandi*; ut: *dico*, *perhibeo*, *affirmo*, *nego*, *testor*, *ostendo*, *demonstro*, *declaro*, *innuo*, *dubito* etc. posita appellantur infinita; ut: Multae gentes non *sciunt*, *cur* luna *deficiat*, *quare obumbretur*. *Incertum est*, quo te loco mors *exspectet*. Non *video*, *quomodo* sedare *possint* mala praesentia, et praeteritae voluptates. Saepius etiam *Interrogativis* Verba *intelligendi*, aut alia eiusdem significationis subiunguntur; ut: Pecunia honores, forma, valetudo, *quamdiu affutura sint*, certum sciri nullo modo potest. *Qualis sit* animus, ipse, animus *nescit*, *Quid* quaeque nox, aut dies *ferat*, *incertum est*.

Nulla fere Grammaticae latinae regula est, in quam apud nationes Europae omnes, nec a pueris solum, sed et viris, quin in editis Libris crebrius, turpiusque peccaretur; quare omni studio elaborandum, ut in ipsis initiis a familiari adeo, foedoque Soloecismo cavere asuescant tirones. Ad id obtinendum permulta commenti sunt Paedagogorum nonnulli: et diffusa nimium, et puerorum captui parum commensa. Horum loco antequam regulam unicam facilem et sine exceptione generalem tradam, sequentia sunt observanda.

Nota I. Praeter Nomina Interrogativa, esse et Adverbia nonnulla, quorum eadem est cum Nominibus ratio.

Nomina Interrogativa?

Quis, vel qui?	Quotus?	Cuius?
Quisnam?	Qualis?	Uter?
Quantus?	Quotuplex?	Cuius, a, um?

Adverbia Interrogativa?

Cur?	Ubi?	Quo pacto?
Quamobrem?	Unde?	Quemadmodum?
Quapropter?	Quomodo?	Quot?
Qua de causa?	Qua?	Quoties?
Quam?	Qui?	Quantum?
Quo?	Ut? pro quomodo?	Quorsum?
Quamdiu?	Qualibet?	Quousque?

Nota

Nota II. Esse ex his Interrogativis Nominibus, et Adverbiis quaepiam, quibus sua Redditiva respondent, ut in sequente Tabula apparet.

Interrog.	*Redditiva.*	*Interrog.*	*Redditiva.*
Quis ?	Hic, ille, etc.	Quam ?	Tam.
Quantus ?	Tantus.	Quo ?	Eo.
Qualis ?	Talis.	Quamdiu ?	Tamdiu.
Uter ?	Hic, ille, etc.	Quando ?	Tunc.
Quomodo ?	Sic, ita.	Ubi ?	Ibi.
Quot ?	Tot.	Unde ?	Inde; etc.
Quoties ?	Toties.	Quorsum ?	Illorsum, etc.
Quantum ?	Tantum.	Qua ?	Hac, etc.
Quousque ?	Eousque.		

Observandum tamen, saepe Redditivum non poni aperte, sed tantum tacite intelligi, ut: *quando exivi, incepit pluere.* Subintellig. *tunc. Narrabo tibi, quod est.* Subintellig. *id.*

Nota III. Haec Interrogativa non semper actu interrogare, sed tunc tantum, cum interrogationis signo ? notantur.

REGULA GENERALIS.

Quotiescunque in Constructione occurrit Interrogativum Nomen, vel Adverbium, post se Coniunctivum petit: nisi vel eius Redditivum praecedat, aut sequatur, vel actu interrogat.

Exempla. Vide, cui fidas. Perpende, quid tibi utilius sit. Non capis, quam male egeris? Coniicere pronum est, quod se abdiderit. Divinabo, ubi moretur. Existima, quibus tum animis fuerit. Putavi, quantum nummorum expenderim. Nunc sentio, quam desidiosus fuerit. Vix numerum inibis, quoties mentitus fueris. Omnes intelligunt, quo tua consilia tendant. Nondum constat, quot hostes occiderint. Narrato, ut porro res gesta sit. Experiaris, quanta sit docilitate. Edic, cur huic socio praecipue te adiungas. Quamdiu expectarit, ignoro. Disputant, cuium sit hoc monile. Suboluit mihi, unde id malum profectum sit. Nescio, quotam horam sonuerit, etc.

In-

Interrogativa cum Redditivis sine Coniunctivo.

Ubi ego sum, ibi et meus minister erit. Quoties te video, toties mihi risus oboritur. Qua tu is, ea dudum ivi. Quamdiu concionatus est, tamdiu diligenter attendi. Ut laboratur, ita merces praebetur. Quantum praecedes, tantum sequar. Uter de vobis vicerit: huic me addam. Tot aureos dabo, quot necesse habebis.

Interrogativa actu interrogantia sine Coniunctivo.

Quid quaeso huc te adduxit? Adam ubi es? Ubi conveniemus? *Quot* numeras condiscipulos? *Quae* amicitia esse potest inter ingratos? *Quid interest* inter perjurum, et mendacem? *Quid faciet* is homo in tenebris, qui nihil timet, nisi testem, et iudicem? *Quid ago?* cur me excrucio? *cur me macero?*

Admonitio. Praemissa hac tam necessaria praeparatione, ut sine hac de tota humaniorum litterarum, quae his fundamentis inaedificatur, veluti fabrica, parum boni speraveris, ad *Analysim*, seu resolutionem, et *Synthesim*, seu compositionem exercitiorum progrediendum est. Prior exterarum quarumpiam scholarum moderatoribus tanti momenti esse videtur, ut sola analytica *authorum Classicorum* explicatione totam linguae Latinae disciplinam contineri existiment, et ne thematum quidem scriptione divexari velint discipulos: aliud vero experientia, optima rerum magistra docet; hanc nempe *resolvendi*, seu singula in oratione occurrentia vocabula ad leges Grammaticae revocandi rationem cum altera *componendi* methodo ita coniungendam esse, ut altera alteri sit adiumento. Analysis tam Etymologicae, quam Syntacticae exemplum vide in Fabula I. *de Gallina, et Pullis.*

His paucis de methodo synthetica:

DE METHODO SYNTHETICA.

seu

Ratione facili rudimenta Exercitiorum componendi.

Quae tironi ante Compositionem argumenti observanda?

1. Ante omnia, curet tiro dictatum vernaculum thema rite intelligere, nec significata solum scribere, sed Verbis Coniugationem, ut: *as, are, es, ere, etc.* Praeteritum item, et Supinum, ut: *avi, atum*, etc. Substantivis Genitivum, *is, inis, us*, etc. Genus, ut: *hic, haec hoc*, etc. Adiectivis Declinationem, ut: *us, a, um*, vel *is, e*, etc. adscribere.

2. Quando a quopiam Argumentum vernaculum clare praelegitur, diligenter attendat; si quid dubitat; Magistrum interroget; quin ante componendum iterum relegat, conetur sensum intelligere. quin obiter dispiciat, verbum ad quem Nominativum; Adiectivum ad quod Substantivum referatur.

3. Ante compositionem gratiam S. Spiritus brevi Oratiuncula imploret.

Quid in componendo observandum?

Generatim summam attentionem adhibeat, cogitationes collectas habere studeat, cum nemine confabuletur, non oculos huc illuc volvat, sed chartae affixos teneat, non frustra librum pervolvat, nec praecipitet, nec calamum unguesve rodendo in una constructione tamdiu se detineat, ut ad reliquas tempus angustius fiat: verbo, ea cura, fervore, studio quodlibet thema

ma correcte, et strenue elaboret, velut ex eo omnis ipsius salus, fortunae omnes penderent.

Deinde attendendum, ut declinabiles partes Orationis, nempe: I. Verbum, II. Nomen Substantivum, et III. Adiectivum, secundum quatuordecim Praeceptorum normam struat. Itaque.

a) *In verbis quaeres ex te ipso.*

Cuius { Coniugationis? Vocis? Temporis? }

Cuius { Modi? Personae? Numeri? }

In certis temporibus item cuius Generis? et quale sit Praeteritum, et Supinum?

b) *In Substantivis.*

Cuius { Declinationis? Casus? Numeri? Generis? }

c) *In Adiectivis.*

Cuius { Declinationis? Casus? Numeri? Generis? Gradus? }

Inde intelligas velim, quanta attentione sit opus, cum in uno verbo sex, vel octo errores, in uno nomine quinque admitti possint. Certe e centum soloecismis fere plus, quam dimicium non tam defectu scientiae, quam attentionis irrepit, ut adeo ad hanc a tironibus impetrandam; omni industriarum genere utendum sit Praeceptori.

Dictatur e. g. haec constructio. *A' Gyermekek különös figyelmetesség nélkül sokgántsókkal fogják az ö irásaikat betölteni.* Die Knaben werden ohne einer besondern Aufmerksamkeit ihre Schriften mit vielen Fehlern anfüllen. Chlapcy bez obzwlásstnjho pozorowáni swoge Pjsma s mnohými chybámi naplňa. Dechaky prez oszebujno

pazlyivosti szvoja piszma z-vnogemi pomenkanyi napünili budu. *Dica brez osobite pavljivosti svoja pisma smlogima falingama napunila budu. Pueri sine singulari attentione sua themata multis erroribus implebunt.*

1. Quare Nominativum per quaestionem *Quis* et Verbum. *Ki tölti bé.* Wer wird anfüllen. Kdo naplnj? Gdo napunil bude? *Tko napunio bude?* Quis implebit? *A' Gyermekek.* Die Knaben. Chlapcy. Dechaki. *Dica.* Pueri.

Pueri. Cuius Declinationis? Habet Genitivum in *i*, secundae. Cuius Numeri? Sunt plures, Pluralis. Personae? Tertiae. Generis? Masculini, et uti *Dominus* in Nominativo Plurali habet Domini, ita etiam *Pueri.*

2. Habito Nominativo, ut rite struas Verbum, quare. *Impleo* Cuius Coniugationis *es, ére*, longum? *Secundae.* Cuius Vocis? Nominativus agit aliquid. *Activae.* Cuius Temporis? *Futuri.* Cuius Personae? Tertiae. Cuius Numeri? ut: Nominativus, *Pluralis.* Docebo, docebunt, implebunt.

3. Habito Nominativo et Verbo, ad Casum Verbi progredieris, quaeres: *Quid implebunt pueri? Az ö irásaikat.* Ihre Schriften. Swoge Pjsma. Kaj napunili budu? Piszma szvoja. *Shto budu napunil? Pisma svoja. Sua themata.* Quaeres: *Themata* cuius Casus? Ad Quaestionem. *Quid? Accusativi.* Cuius Declinationis? Genitivus in is, *Tertiae.* Cuius Numeri? Significat plura. *Pluralis.* Cuius Generis? *Neutrius.* Tempus in Accusativo plurali Tempora, *Themata.* Adiectivum *Suus* Cuius Declinationis? Est Secundae. Cuius Casus, Generis, Numeri? Secundum Praeceptum octavum consentit cum suo Substantivo themata: *Acusat. Neutrius Pluralis.*

In hunc modum ad cetera progrediendum.

AD-

ADDITAMENTUM

AD

GENERALIA QUATUORDECIM

DE

CONSTRUCTIONE PRAECEPTA.

IN USUM

II. GRAMMATICES STUDIOSORUM.

ADMONITIO.

Concinna brevitas scienter opportuneque adhibita, est praecipuus character veri Latini sermonis, quo non solum ab aliis Linguis distinguitur, sed prae aliis etiam venustatem obtinet rariorem. Profecto enim longe pulchrius elegantiusque dixeris: *In optimarum artium studiis progressum facturo, diligentet studendum esse certum est*, quam si dicas: *Certum est, quod ille, qui in optimarum artium studiis progressum facere vult, diligenter studere debeat.* Ex quo sequitur Latinae Linguae studiosis principes has latini sermonis elegantias mature inculcandas et insculpendas, frequentique exercitatione, et attemperatis in lectione Auctorum Classicorum ad eas observationibus familiares reddendas esse; quam in rem in *Additamento* hoc *ad generalia XIV. de Constructione Praecepta* sequentes subiunguntur Regulae:

I. De modo Verbi *Activi* vertendi in *Passivum*.
II. De modo *Passivi* vertendi in *Activum*.
III. De omittendo verbo *debeo*.
IV. De omittenda Coniunctione *quod*.
V. De *Gerundiis* et *Supinis*, rationeque iis *utendi*, et ea *variandi*.
VI. De omittendo *Relativo*, *qui*, *quae*, *quod*.
VII. De *Infinitivo Passivo* post quaedam verba.

In

In Regulis his explicandis solicitus profectusque discipulorum suorum amans Praeceptor lente progrediatur, neque nisi priori regula probe intellecta, et veluti commansa, ad aliam transeat.

I.

MODUS ACTIVI VERTENDI IN PASSIVUM.

Quomodo vertendum est Activum in Passivum?

I.) Nominativus ponitur in Ablativum cum praepositione *a* vel *ab*.

II. Accusativus in Nominativum.

III. Verbum in Passivum eiusdem temporis, et modi concordando cum novo nominativo. Ceteri casus manent, ut in activo, ut: *Post Romulum Numam Pompilium Romani Regem crearunt.* Nom. Romani ponitur in Abl. cum praepos. a *Romanis*. Accus. *Numam Pompilium Regem* in Nomin. *Numa Pompilius Rex*, verbum activum *crearunt* in Passivum Indicat. Praet. Perf. numeri Singularis in tertia Persona concordando cum Nom. *Numa Pompilius Rex creatus est*, et fit. Post *Romulum Numa Pompilius Rex a Romanis creatus est*.

Sic brevem natura nobis vitam *dedit*. Deus mundum *aedificavit*. Canis non magnus saepe *tenet* aprum. Etiam sine *Magistro* vitia *discimus*. Trasybulum *contempserunt* tyranni, atque eius solitudinem. *Dic* aliquid silentio melius, aut *tace*. Librum tuum et legi, et lego diligenter, et custodio diligentissime. Eratosthenem Serapio reprehendit. etc.

Quae

Quae praeterea observanda in hac Verbi Activi in Passivum commutatione?

I. Cum Ablativus est rei inanimatae, fere praepositio supprimitur. Cic. I. Tusc. Saepe videmus fractos *pudore*, qui *ratione* nulla vincerentur.

Sic: Religio Deum *colit*, superstitio *violat*, dic: *Religione* Deus colitur, *superstitione* violatur. Labor omnia *vincit*. Fames omnia dulcia *reddit*. Dei providentia mundum *administrat*. Bonos nullum emolumentum *impellit* in fraudem; improbos saepe parvum. etc.

II. Si cum ceteris verbis activis (ut in fusiore Syntaxi videbitur) duo accusativi occurrant; in hac activorum cum passivis permutatione in nominativum migrat ille, qui praestantior est, hoc est, qui personam significat; ut: *doceo* Antoninm litteras; Antonius docetur a me litteras.

Sic: Ciceronem Minerva omnes artes *docuit*. Philosophia nos cum ceteras res omnes, tum, quod est difficillimum, *docuit*, ut nosmet ipsos *noscceremus*. Fortuna belli artem victos quoque *docet*.

III. Nonnunquam Nominativus in Dativum pro Ablativo ponitur, ut: Audivimus Laelii Caii filii saepe sermonem; auditus est *nobis* Laelii Caii filii saepe sermo. Cic. Vix audit me ullus; vix audior *ulli*, quod Poetis frequens est.

IV. Interdum Nominativus in accusativum addita praepositione *per* venit; ut: Cic. 9. ad Att. Id assequetur, si Praetor Consules creat; si *per Praetorem* Consules creantur. Cognomen id tibi *peperisti*, cognomen id tibi *per* te partum est.

V. Si apud activum alioquin iam esset ablativus cum praepositione *a* vel *ab*, tunc Nominativus non mutatur in Ablativum, sed in Accu-

cusativum cum praepositione *per*; e. g. ventus prohibet navem a littore; dic: *per ventum* prohibetur navis a littore. Sic: mali socii avocant te a studiis; *per malos socios tu* avocaris a studiis. Quodsi vero tam Nominativus, quam Ablativus sit rei animatae, aut ex hac activorum in passiva permutatione ambiguitas aliqua oriatur, praestat activis uti, e. g. abstuli a te vestem; rectius erit in activo relinquere, aut sic efferre ad dubium evitandum: ablata est *a me tibi* vestis, quam *per me a te* vestis ablata est; facile enim in dubium quis vocare posset, an non tertius quis medio mei a te vestem abstulerit: quod potissimum observandum videtur in his verbis: *accipio, aufero, eripio, surripio* et huiusmodi.

VI. Si Nominativus, et Accusativus eiusdem sint personae, *ego me, tu te, ille se*, Nominativus nihil mutatur, sed Accusativus venit in Ablativum cum praepositione *a* vel *ab*, ut: Ego me, tu te, Cato se *vulneravit*, quisque se ipsum *laedit*. Dic: *ego a me, tu a te, ille a se vulneratus est*: *quisque a se ipso laeditur*.

VII. Si in activo nullus sit Accusativus, verbum passivum in tertia persona impersonaliter effertur, ut: Senatus *decrevit*; a Senatu *decretum est*. Caesar pro salute populi Romani *dimicavit*; a Caesare pro salute populi Romani *dimicatum est*.

VIII. Quando in constructione verba *debeo, soleo, possum* cum verbis modi infinitivi occurrunt: accusativus in nominativum: nominativus in ablativum, verbum infiniti modi in passivum vertitur; verbum vero finitum concordat cum novo nominativo; ut: Debemus

alie-

alienum aes *solvere* : alienum aes a nobis *solvi* debet.

Sic : debeo *amare* Deum. Nos ipsi nos *decipere* solemus. Maiorem diligentiam *adhibere* debuissetis. Amicus seram gratulationem *reprehendere* non solet. Effice, ut te *laudare* possim. etc.

II.

MODUS PASSIVI VERTENDI IN ACTIVUM.

Quomodo Passivum mutatur Activo ?

I. Nominativus vertitur in accusativum.

II. Ablativus cum, vel suppressa praepositione *a* vel *ab* in nominativum.

III. Verbum in activum eiusdem temporis, et modi, cum novo nominativo concordando, ceteris casibus invariatis; ut: a DEO mundus hic *conditus est*, Deus mundum hunc condidit. Virtus tibi nec naufragio, nec incendio *adimetur*; virtutem tibi nec naufragium, nec incendium adimet.

Quando Passivum Activo necessario mutandum est ?

I. Quando ad vernaculum, vel latinum passivum, verbum deponens, vel neutrum dictatur, quod passive efferri nequit, ut loco : *hic liber a te mihi pollicitus fuit* ; facies : tu mihi hunc librum pollicitus es.

Sic : Scriptura ab Ecclesia explicatur; (*interpretor.*) A fure omnia revelata sunt, (*fateor.*) Victoria a nobis obtenta est, (*adipiscor.*) . A Magistro discipuli ad virtutem, et litteras saepius incitari debent, (*hortor.*) A Sanctissimis etiam viris mors formidata fuit, (*timeo.*) etc.

II. Quando ad participium praeteriti vernaculum, vel latinum dictatur verbum deponens vel neutrum, resolvendum est per qui, quae, quod ; ut loco : *da mihi librum pollicitum*; *dices* : da mihi librum, quem pollicitus es.

Sic :

Sic: Socratis morti ab omnibus deploratae (*illacrymor*) et ipse illacrymari soleo. Socratis morti, *cui* omnes illacrymati sunt, etc. Medici causam morbi diu quaesitam, (*scrutor*) invenerunt; medici caussam morbi, *quam* diu scrutati sunt, etc. Dilaudata (*admiror*) ab omnibus pictura mihi placet. Male conquisita (*lucror*) pecunia male perit. Tarquinius Roma expulsus Porsenam antea a se odio habitum (*odi*) in auxilium vocavit, etc.

III.

DE OMITTENDO DEBEO.

Quid in omissione verbi necessitatis, seu Debeo *observandum?*

I. Nominativus vertitur in dativum.

II. Accusativus in nominativum.

III. Verbum in *dus*, *da*, *dum*, cum nominativo concordando: Neutra autem, et Deponentia Neutrius significationis solum in dum.

IV. Additur Verbum *sum*, in eodem tempore, et modo, in quo *debeo* fuit; numerum autem, et personam sequitur novi nominativi, ut: Filius debet honorare Parentem; facies: Filio honorandus est Parens.

	Debebat	ho-	Fi-	Erat	
	Deberet	no-	lio	Esset	
	Debuit	rare	ho-	Fuit	
Filius	Debuerat	Pa-	no-	Fuerat	Parens
	Debebit	ren-	ran-	Erit	
	Debuisset	tem.	dus.	Fuisset	

Quae praeterea occurrunt in omittendo verbo debeo peculiares observationes:

I. Cum participium *dus*, *da*, *dum*, sit, vocis et significationis passivae; recte nonnulli omnem constructionem prius, quam in ea verbum *debeo* omittant, ex activo in passivum convertunt, ac deinde solum verbum infiniti-

vum

vum in *dus, da, dum* positum, cum novo nominativo concordant: verboque debeo auxiliare *sum*, quod nonnunquam etiam supprimitur, servato modo, et tempore sufficiunt. Methodum hanc a praecedente eo solum differre, examinanti patebit, quod praemissa hac activi in passivum conversione loco *dativi ablativus* cum praepositione *a* vel *ab* oriatur: sic in adducto exemplo, filius debet honorare parentem. 1mo) *Passive*; *a filio debet honorari parens*, 2do) *Omisso debeo*: a filio *honorandus est* parens; quod etiam bene esset, qui linguae latinae genium novit, haud inficiabitur; ita Cic. Man. 8. ne forte *a vobis contemnenda* videantur: item alibi: haec sunt *a te ulciscenda. Recusandum* est *a nobis* etc. Dativum tamen more Graecorum usitatiorem esse, innumera veterum classicorum docent exempla; nisi forte dativus in constructione jam adesset; in hoc enim casu ad evitandam dubietatem nominativus loco dativi in ablativum cum praepositione *a* vel *ab* necessario vertendus est, maxime: si uterque casus rem animatam significet; ut: filius *parenti* honorem exhibere debet. Ne dixeris: filio parenti, sed: *a filio* parenti honor exhibendus est. *A me* tibi scribendum est; non mihi tibi scribendum est. Sic Cic. Manil 6. Aguntur bona multorum civium, *quibus* est *a vobis* consulendum: quibus est vobis consulendum, amphibolum esset. Cic. tamen dixit Or. I. 23. gerendus *tibi* est mos *adolescentibus*.

II. Nisi subiectum, a quo aliquid fieri debeat, expresse in constructione occurrat, dativus Personae fere supprimitur, et ex praecedentibus, aut sequentibus intelligi debet; idque (usu venit tam *a*) cum Participiis futuri pas-

passivi *dus*, *da*, *dum*; quam *b*) cum neutro participii futuri proprie gerundio *dum*; ut:

a) Partic. *dus*, *da*, *dum*, cum Nom. sine Dat. Pers. Nemo est casu bonus, *discenda virtus est*. Sen. Pietati summa *tribuenda laus est*. Cic. nihil sine ratione sufficiente *faciendum*. Sen. *Fortes*, *et magnanimi sunt habendi*, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam. Cic. Lex iubet ea, quae *facienda sunt*, prohibetque contraria. Idem. *Audiendi* non sunt, qui graviter inimicis irascendum putant. Idem. *Hannibal* cum *tradendus* Romanis *esset*: venenum bibit. Cor. Nep.

b) *Part. Fut. Neut. seu Gerund. sine Dat. Pers.* *Moriendum* certe *est*; et id incertum, an eo ipso die. Cic. Omne animal, *confitendum est*, esse mortale. Id. *Utendum* exercitationibus modicis. Nec corpori soli *subveniendum est*, sed menti, atque animo multo magis. Id. *Videndum est* non modo, quid quisque loquatur, sed etiam, quid quisque sentiat. Id. Etiam post malam segetem *serendum est*. Sen. *Orandum est*, ut sit mens sana in corpore sano.

III. Quodsi vero persona, seu subiectum, a quo aliquid fieri debeat, aperte sit in constructione; tam participia futuri passivi, quam gerundia in dum necessitatem, vel officium significantia, dativum personae, ut in regula generali dictum est, sibi adsciscunt, ut: *Paranda nobis* sapientia est. Cic. *Iuveni parandum*, *seni utendum est*. Sen.

Sic: Suum quisque incommodum ferre *debet* potius, quam de alterius commodis detrahere: dic: *suum cuique incommodum ferendum est* etc. Diligentia in omnibus plurimum valet, hanc praecipue colere, hancque adhibere *debemus*. Diligentissime hoc illi, qui instituunt aliquos, atque erudiunt, videre *debent*, quo sua quemque natura maxime fere videatur. Diu cogita, an in amicitiam aliquem recipere *debeas*. Epicurei omnes res, quas homo expetere *debet*, voluptate metiuntur. Apud Pythagoram, discipuli quinque annis tacere *debebant*. In primis videre *debebit* is: qui rempublicam administrabit, ut suum quisque teneat. Deiotarum ex Iti-

nere

nere aquila revocavit: qui nisi revertisset, in eo conclavi cubare *debuisset*, quod proxima nocte corruit etc.

IV.

DE OMITTENDA CONIUNÇTIONE

QUOD.

I. Nominativus vertitur in Accusativum.
II. Verbum a modo finito venit ad infinitivum in eadem voce, et tempore, in quo cum coniunctivo *quod* fuit.
III. Coniunctio *quod* exmittitur.

His praemissis sequens oritur

NORMA,

In omissione coniunctionis QUOD observanda:

I.

In voce Activa.

	Modi Finit.	*Modi Infinit.*
1)	Quod amo, vel amem —	— me amare.
2)	— amabam — amavi — amaveram — amaverim	me amavisse.
3)	— amabo — amaturus sim — amarem, si, nisi	me amaturum esse, vel sine esse
4)	— amavissem, si, nisi etc.	me amaturum fuisse.

II.

II.

In Voce passiva.

	Modi Finit.	Modi Infinit.
1)	Quod amor, vel amer	— — me amari.
2)	— amabar — amatus sum, v. sim. — amatus eram. — amatus fuerim.	me amatum esse, vel fuisse.
3)	— amabor — amarer, si, nisi. etc.	amatum iri; non amandum esse.
4)	— amatus essem, — vel fuissem.	futurum fuisse, ut amarer.

Sic: Gaudeo, id te mihi *suadere*, quod ego mea sponte feceram. Cic. ad Att. *Pompeios, celebrem Campaniae urbem, desedisse* terrae motu audivimus. Sen. Plerique amicos eos potissimum diligunt, ex quibus sperant *se* maximum fructum *esse capturos*. Cic. Amic. Lapidum conflictu, atque tritu *elici ignem* videmus, Cic Dico providentia Dei *mundum, et omnes* mundi *partes* et initio *constitutas* esse, et omni tempore administrari. Cic. Existimabam *me* nec *absentem* laesum iri. Id Existimabant futurum fuisse, ut Messana amitteretur. An. Cn. *Pompeium* censes, tribus suis consulatibus, tribus triumphis *laetaturum fuisse*, si scivisset, *et* in solitudine Aegyptiorum *trucidatum iri*. Cic. Div. 2. 22.

Admon. Iubeantur adolescentuli sententiolas has cum coniunctione *quod* resolvere, sequentes vero iuxta praescriptam normam *omisso quod* componere.

Cogita, *quod* ex inimico possit fieri amicus. Democritus dicit, *quod* innumerabiles sint mundi partes Xenophanes ait, *quod* habitent homines in luna, eaque sit terra multarum urbium, et montium. Traditum est, *quod* Homerus coecus fuerit. Sepulcrorum monumenta significant, *quod* memoria hominum non intereat. Solon dixit, *quod* respublica praemio, et poena contineatur. Constat, *quod* ad salutem Civium, vitamque hominum quietam et beatam inventae sint leges. Crede, *quod* ab omni-

omnibus collaudareris, si etc. Opinor, *quod* plus Pietati vacares; si etc. Iudico, *quod* puer magis progrederetur, si vellet. Sermo est omnium, *quod* urbs capta fuisset, si etc. Existimo, *quod* frater tuus aegre ad meliorem frugem revocabitur. etc.

Nota 1.) Si vero in Constructione duo Accusativi personae adsint, tunc ad evitandam dubietatem Activum Passivo permutandum est. e. g. Narrant quod Milo Clodium occiderit; fit: *Narrant a Milone Clodium occisum esse.*

Sic: Scias *eum á me* non *diligi* solum, verum etiam *amari.* Cic. fam. 13. 47. Clitarchus saepe narravit *Darium ab Alexandro* esse superatum. Idem. *Philippum* Macedonum *Regem* rebus gestis, et gloria video *superatum a filio.* Cic. Nunquam auditum est, *crocodilum* aut *ibim*, aut *felem* violatum esse *ab Aegyptio.* Cic.

Nota 2.) Quodsi geminatione accusativo facta nulla oriatur amphibologia, infinitivo activo uti licet, praesertim si gemini illi accusativi sint diversi generis, et numeri cum infinitivo futuro; ut: Croesus hostium *vim se se perversum* putavit, pervertit autem suam. Cic. Lysander existimabat, *se se Afros* facilius *corrupturum.* Nep.

Nota 3.) Loco futuri infinitivi eleganter saepe numero ponitur *fore ut*, vel *futurum ut*, vel etiam: *fore: aliquem, qui,* cum coniunctivo. *Circuitio* haec seu *periphrastica* construendi ratio necessaria est tunc, cum sequens verbum supino, ac proinde etiam futuro infinitivo caret: usitata etiam est, cum verbum sequens passive effertur, ut: persvasum est, *fore* aliquando, *ut* omnis hic mundus ardore *deflagret*, Cic. Acad. Video, te velle in coelum migrare, et spero, *fore, ut contingat* id nobis. Cic. Tusc. Valde suspicor, *fore, ut infringatur* hominum improbitas. Cic. Fam. Ego fide mea spondeo; *futurum esse*, ut omnia longe ampliora, quam a me praedicantur, invenias. Plin. E. I. 4. Exaudita est vox, *futurum esse*, *ut* Roma *caperetur*, Cic. *Div.* Veientes praedicebant, *fore*, ut brevi a Gallis Roma caperetur. Nisi nuncii de Caesaris victoria essent allati, existimabant plerique, *futurum fuisse*, *ut* oppidum *amitteretur.* Caes. bell. *civ.* 3.

An etiam dici possit: *puto futurum fuisse, ut diceres, nisi cessator, ac negligens fuisse*; quaerunt Grammatici: hoc loquendi genere uterer tunc, cum apud bonos auctores legeris.

V.

DE GERUNDIIS ET SUPINIS.

Quomodo utendum est gerundiis?

Cum gerundia nihil aliud sint, quam *nomina verbalia;* (aliis, ut Phocae, Donato, Prisciano *participalia*) a genere neutro participii futuri passivi *dum* orta, et revera etiam per casus declinabilia; gerundium in *di* respondet generatim *genitivo,* in *dum* accusativo; in *do* dativo, et ablativo. Quando ergo nomen substantivum loco verbi adhibitum, in dictos casus venire deberet, in memoratis gerundiis ponendum erit verbum.

Quando Gerundio DI, utendum est?

I.) *Post certa quaedam substantiva,* quibus quaeri potest: *ad quid?* ut: *Est tempus studendi:* quaeres: *ad quid est tempus?*

Substantiva cum Gerundio in di: Animus, ardor, ars, auctor, cupiditas, cupido, desiderium, voluntas, voluptas, propensio, causa, cura, diligentia, facultas, venia, initium, ius, libertas, licentia, audacia, locus, maturitas, medium, metus, methodus, modus, ratio, opportunitas, occasio, pactum, promissum, peritia, scientia, potestas, propositum, regula, spes, timor, stimulus, studium, taedium, nausea, votum, etc.

Sic: Sapientia, *ars vivendi,* putanda est. Cic. Fluit voluptas corporis, saepiusque relinquit *causas poenitendi,* quam *recordandi.* Id. Mala, et impia *consvetudo est* contra Deum disputandi. Id. Beate *vivendi cupiditate* omnes incensi sumus. Id. Deus, fabricator mundi,

di, nulla re magis hominem separavit a ceteris animalibus, quam *dicendi facultate*. Id ipsum *genus iocandi* non profusum, nec immodestum, sed ingenuum, ac facetum esse debet. Id Quis ignorat, maximam *illecebram* esse *peccandi*, impunitatis spem. C. Mil. Avari homines non solum *libidine augendi* cruciantur, sed etiam amittendi metu. Id. *Legendi* semper *occasio* est, *audiendi* non semper. Plin. Parsimonia est scientia *vitandi* sumtus supervacuos; aut *ars*, re familiari moderate *utendi*. Sen. Nulla potest cuiquam male de republica *merendi* iusta esse *caussa*. Cic.

Nota. Huc pertinent etiam *caussa*, et *gratia*; *miatt*, *okáért*, wegen, oder um, zu. pre: quae semper genitivo gerundii postponuntur; ut: Deus animantes hominum caussa fecit; ut equum *vehendi* caussa: *arandi* bovem, *venandi*, et *custodiendi*, canem. Cic. Quidam canes *venandi gratia* comparantur. Colum.

II. *Post adiectiva* quaedam genitivum regentia; ut: *avidus*, *cupidus*, *peritus*, *studiosus*, *gnarus*, *ignarus*, *rudis*, *memor immemor etc.*

Sic: Epaminondas *studiosus* erat *audiendi*. Nep. Titus Augustus *equitandi peritissimus* erat. Svet. Homines *bellandi cupidi* magno dolore adficiebantur. Caes.

Quando Gerundio DO utendum est?

I.) *Post quaedam adiectiva*, quae dativum regunt; ut: *utilis*, *inutilis*, *habilis*, *par*, quod saepe etiam exmittitur, *aptus*, *idoneus*, etc. Sic. Charta emporetica *inutilis* est *scribendo*. Plin. Aqua nitrosa *utilis* est bibendo. Idem. Rubens ferrum non est habile tundendo. Id. Crassus, cum *disserendo par* non esset, ad auctores confugit. Cic. Magius *solvendo* non erat. *Cic. Att.* 13. 10.

II.) Quando verbum modum significat, et quaestio fit per *quomodo?* ut *tacendo respondit*. Quomodo respondit? *tacendo*.

Sic: Ludendo, donando, amando, rem perdidit. Tentando Troiam ceperunt Graeci. Anima sedendo fit sa-

piens. Rixando oculum amisit. Fabricando fabri fimus. Minando terrere. Rogando cogere. Iniurias ferendo, et gratias agendo. Aulae gratiam captare. Hominis mens *discendo* alitur, et *cogitando.* C. Equidem puto virtutem hominibus *instituendo*, et *persuadendo*, non minis, et vi, ac metu tradi. C. Socrates *percunctando*, atque *interrogando* elicere solebat eorum opinionem, quibuscum disserebat. C. Lycurgi leges laboribus erudiunt iuventutem, *venando*, *currendo*, *esuriendo*, *sistendo*, *algendo*, *aestuando.* C. Nihil *agendo*, homines male agere discunt. Colum.

III. Post praepositionem *a* vel *ab*, *de*, *ex*, *in*, ut: *a studendo lassus. Ex defendendo quam accusando maior gloria venit.* Nihil *de resistendo cogitas.* In defendendo Patriam est mortuus.

Sic: Aristotelem in Philosophia non deterruit a scribendo amplitudo Platonis. C. Iupiter, id est iuvans pater, quem appellamus *a iuvando* Iovem. C. Epicurus nihil *de dividendo*, ac *partiendo* docet. C. Qui ingenuis studiis, ac artibus delectantur, nonne videmus eos, cum maximis curis, et laboribus compensare eam, quam *ex discendo* capiunt, voluptatem, C. Prudentia *ex providendo* est appellata. C. Virtutes cernuntur *in agendo.* C. Prohibenda est ira *in puniendo.* Non potest severus esse *in iudicando*, qui alios in se severes esse non vult C. Lex est recta ratio *in iubendo*, *et vetando.* C. Adhibenda est *in iocando* moderatio. Cic.

Quando Gerundio Dum utendum est?

Post *praepositiones accusativum regentes*, in primis post *ad*, *ob*, et *inter*: e g. Conturbatus animus non est aptus *ad exequendum* munus suum. Cic. Ipse *inter spoliandum* corpus hostis, veruto percussus inter primam curationem exspiravit. Liv. Quanto istud flagitiosius, improbius, indignius, eum, a quo pecuniam *ob absolvendum* acceperis, condemnare. Cic. in Verr.

Frequentissime autem cum praepositio *ad* causam finalem significat, et quaestio fit per *cur? quare?*

Sic: *ad causalis*: Vigilant latrones ad homines iugulandum, tu non evigilas ad te servandum. Ad fallendum tempus ludit. Dormit ad vires reparandum. Ad evitandum hostes se abscondit. Emit librum ad vendendum. Lateres emit ad aedificandum. Non solum *ad discendum* propensi sumus, verum etiam *ad docendum*. Cic. Bene sentire, recteque facere; satis est *ad* bene, beateque *vivendum*. C. Etiam crastinus dies aliquid ad cogitandum dabit. Cic. Ut ad cursum equus, *ad arandum* bos; *ad indagandum* canis. sic homo ad duas res, *ad intelligendum*, et *agendum* natus est. C. Mores puerorum se *inter ludendum* simplicius detegunt. Quint.

Quae ratio variandi gerundia?

Gerundia, quae accusativo gaudent, eleganter variantur hoc modo: accusativus ponitur ad casum gerundii; ipsum vero gerundium mutatur in participium futuri *dus, da, dum*, eodem genere, numero, et casu cum substantivo iunctum; quae ratio loquendi ***gerundiva*** a quibusdam vocatur; sic:

I. Gerundium *di* participio fut. pass. commutatur, et tam post quaedam substantiva, quam adiectiva genitivum regentia, et cum substantivo, vel pronomine, quod in accusativo fuit, genitivo effertur e. g.

a) Post Substantiva.

Natura *cupiditatem* ingenuit homini *veri inveniendi*. Cic. pro verum inveniendi. Feci hoc *testificandae caritatis communis caussa*, pro caritatem communem testificandi caussa. *Ulciscendae iniuriae* facilior *ratio* est, quam *beneficii remunerandi*. C. Nihil Xenophonti tam regale videtur, quam *studium agri colendi*. C. Romulum, Remumque *cupido* coepit, in iis locis, ubi expositi, atque educati essent, *urbis condendae*. Liv. Aut voluptates omittuntur *maiorum voluptatum adipiscendarum caussa*, aut dolores suscipiuntur *maiorum dolorum effugiendorum gratia*. Cic. Ut testimonium, sic exemplum *rei confirmandae caussa* summitur. Cic. ad Her.

b) Post Adiectiva.

Demosthenes *Platonis studiosus audiendi* fuit. Cic. pro Platonem audiendi. Multi propter gloriae cupiditatem *cupidi* sunt *bellorum gerendorum*. Cic. *Pacis* inter Cives conciliandae te *cupidum* esse laetor. Id. Timotheus rei militaris fuit *peritus*, neque minus civitatis regendae. Nep. Zeno perpessus est omnia potius, quam *conscios delendae tyrannidis* indicaret. Cic.

II. Gerundium *do* participio mutatur, et cum suo nomine; *dativo* effertur tam post quaedam adiectiva, quam verba et substantiva: ut:

Cum parum se *idoneum* Diocletianus *imperio moderando* esse sentiret, in privatam vitam concessit. Eutr. Ver tanquam adolescentiam significat: reliqua tempora *demetendis fructibus, et* percipiendis accomodata sunt. Cic. Sunt nonnulli *acuendis* puerorum *ingeniis* non *inutiles* lusus. Quint. Cleantes aquam traxit, et *rigando hortulo locavit* manus. Sen. Brutus cum *studere revocandis* in urbem *regibus* liberos suos comperisset, protraxit eos in forum, et securi percussit. Flor. Sapiens suas vires novit et scit se esse *oneri ferendo*. Sen.

III. Gerundium *dum* vertitur in participium, et cum nomine in genere, numero, et casu, i. e. accusativo convenit; ut:

Homo multa habet instrumenta *ad adipiscendam sapientiam*. Cic. pro ad adipiscendum sapientiam. Ad *connectendas amicitias* tenacissimum vinculum est morum similitudo. Plin. Nemo *ad dandam veniam* difficilior est, quam, qui illam petere saepius meruit. Sen. Pythagoras Babyloniam *ad perdiscendos* siderum *motus, originemque* mundi *spectandam* profectus est; inde Cretam, et Lacedaemona, *ad cognoscendas* Minois, et Lycurgi *leges* contendit. Iust. E terrae cavernis ferrum elicimus, rem, *ad colendos agros* necessariam. C. Aves *ad imitandum* humanae vocis *sonum* dociles sunt. Curt. Musicen natura ipsa videtur, *ad tolerandos* facilius *labores*, velut muneri nobis dedisse. Quint.

IV. Pro gerundio *do* eleganter etiam usurpari solet participium passivum in *dus*, concordan-

dando cum substantivo ex accusativo in ablativum cum aut sine praepositione. e. g.

a) Cum Praepos. in.

In voluptate spernenda et repudianda virtus vel maxime cernitur. Cic. pro in spernendo, et repudiando voluptatem. Exercendum corpus est, ut obedire consilio rationique possit in *exequendis negotiis*, et in labore tolerando. Cic. Multi *in equis parandis* adhibent curam. *in amicis eligendis* negligentes sunt. Cic.

b) Cum Praep. a, de.

Ii, quorum studia, vitaque omnis in rerum cognitione versata est, tamen *ab augendis* hominum *utilitatibus et commodis* non recesserunt. Cic. Multa sunt dicta ab antiquis, *de contemnendis, ac despiciendis rebus humanis*. Cic.

a) Sine Praep.

Superstitione tollenda non tollitur religio. Cic. Omnis loquendi elegantia augetur *legendis oratoribus*, et *poetis*. Id. pro legendo oratores, et poetas. Augenda est memoria *ediscendis scriptis* philosophorum. Id.

Nota. Graecismus est, cum infinitivus ponitur pro gerundio, ut:

1) *Pro gerundio in di*; tempus esset iam de ordine argumentorum aliquid *dicere*. Cic. 2. de orat. pro dicendi. Corpora *curare* tempus est Liv. XXI. 54.

2) *Pro gerundio in dum*: facilis *irasci*, pro ad irascendum.

3) *Pro gerundio in do*: Et *cantare* pares: et *respondere* parati. Virg. pro: pares cantando, et parati ad respondendum. Audax omnia perpeti gens humana. Hor. I. 1. Od. 3. singulare est illud Plauti. Aul. II. 5. 15. Ne operam perdas *poscere*, pro in poscendo.

Quid

DE SUPINIS.

Quid Supina, et quomodo, ac quando iis utendum?

Quid sint, curve sic dicta, non convenit inter Grammaticos. Quintilianus I 1. c. 4. ea *verba participialia* appellat. Cum enim Graeci pro gerundiis ac supinis, quibus carent, infinito utantur, Latini modum hunc verborum excogitarunt, ut crebram, et molestam infiniti repetitionem vitarent; alii, ut Phocas, Donatus Priscianus etc. vocant illa *Nomina participalia*, vel *verbalia*. Desinunt in *um*, et *u*; illa *priora*, haec *posteriora* dicuntur.

Quid de Supinis in Um?

Supina omnia in *um* activam significationem habent, ea tantum passivam, quae sunt a neutris passivis; ut *vapulatum*. Supina haec priora casum verbi sui adsciscunt, et cum verbis significantibus *motum ad locum* iunguntur; e g. *percontatum ibo*. Terent *abi deambulatum*. Nep. Agesilaus Ephesum *hiematum* exercitum *reduxit*. Nep. Totius fere Galliae legati ad Caesarem *gratulatum* convenerunt.

Verba motus Venio, advenio, curro, accurro, procurro, festino, propero, adeo, abeo, redeo, revertor, accedo, discedo, proficiscor, item mitto, remitto, admitto, conduco, adorno, suborno.

Nota. 1) Grammatici nonnulli docent Supina esse *substantiva verbalia* quartae declinationis, duos tantum casus; accusativum nimirum, et ablativum habentia; supinumque *um* esse accusativum suppressa praepositione, *ad*; sic venio gratulatum, quasi, *ad gratulatum*.

Nota 2) Verbum *ire* saepissime supino huic iungitur, idemque significat, ac *in eo esse* vel-

velle, conari ut. etc. e. g. cur te *is* perditum? *Terent.* i. e. cur *es in eo*, ut te perdas?

Fuere Cives, qui se, remque publicam *perditum irent.* Sal. Ubi se flagitiis dedecoravere turpissimi viri, bonorum praemia ereptum eünt. Idem. Othonem, ac Vitellium sceleatis armis res Romanas *raptum ire* vulgatum est. Tacit. Hoc natura prius est, tua quam defenderis, aliena *ire oppugnatum.* Liv.

Quae Ratio variandi Supinum in um?

Supinum hoc in *um* eleganter variatur.

I. Per Gerundia; ut: Athenas *erudiendi gratia* missus, Iust. pro, ut erudiretur. Convenit haec frequentia *censendi caussa.* Cic. Venit Ephesum me *salutandi, et videndi caussa.* Cic. Missus *ad speculandum arcem.* Liv. Servos *ad spoliandum mittere.* Cic

II. Per Participia *dus, da, dum* et *rus, ra, rum,* e. g. *ad exploranda* loca proficiscitur. Caes. Alexander ad Iovem Hammonem *pergit consulturus,* et de eventu futurorum, et de origine sua. Iust. Alexander Hephaestionem in regionem Bactrianam *misit*, commeatus in hiemem *paraturum.* Curt.

III. Per Coniunctionem *ut*, e. g. Iulius Caesar Rhodum *secedere* statuit, et *ad declinandam invidiam*, et *ut* per otium, ac requiem Apollonio Moloni clarissimo tunc dicendi magistro operam *daret.* Svet. *Profectus* est, *ut* collocaret insidias. Cic.

IV. Per Relativum *qui, quae, quod;* e. g. Pyrrhus ad Romanos legatum *misit*, qui pacem aequis conditionibus *peteret.* Eutr.

V. Poetae interdum supinum hoc per infinita more Graecorum efferunt; e. g. Forsitan Ausonius

nias *ibis froenare* cohortes. Stat. Vultisne? *eamus visere.* Terent.

Ex his iam sequens variationis supinorum in *um* cum verbis significantibus motum enascitur

T Y P U S.

Pater filium misit Pestinum.

1. *emtum*, libros.
2. libros *emendi caussa* vel *gratia*
3. librorum *emendorum caussa*; vel *gratia*, vel *ergo*.
4. *ad emendum* libros.
5. *ad emendos* libros.
6. *emturum* libros.
7. *ut emeret* libros.
8. *qui emeret* libros.
9. *emere* libros more Graec. et Poet.

Nota. Licebitne dicere: *pro emendo* libros, vel *pro emendis libris*? nondum, quod meminerim, apud veteres, praepositionem *pro* cum gerundiis, aut participiis post verba motum significantia inveni. Nam e. g. illud. Cic. Off 3. 25. magis est secundum naturam, *pro omnibus gentibus*, si fieri possit, *conservandis*, aut *iuvandis* maximos labores suscipere, quam vivere in solitudine; non modo sine ullis molestiis, sed etiam in maximis voluptatibus, huc non pertinere, clarum est.

Quid de Supinis in U?

Supina in *u* fere passivae significationis sunt sine casu, adherentque.

I. *Nominibus adiectivis* facultatem, aut modum rei significantibus; talia sunt: *absurdus*, *acerbus*, *arduus*, *asper*, *credibilis*, *crudelis*, *facilis*, *difficlis*, *dignus*, *durus*, *fedus*, *gravis*, *horrendus*, *incredibilis*, *indignus*, *infandus*, *inutilis*, *iucundus*, *levis*, *memorabilis*, *mirandus*, *mirus*, *molestus*, *necessarius*, *nefarius*, *obscoenus*, *optimus*, *pessimus*, *pulcher*, *rarus*, *speciosus*, *svavis*, *terribilis*, *turpis*, *utilis*, etc. e. g.

Quod

Quod *optimum factu* videbitur, facies. Cic. O rem non modo *visu foedam*, sed etiam auditu. Id. Haec etiam *auditu acerba* sunt. Id. Quo brevior, eo dilucidior, et *cognitu facilior* narratio fiet. Id. Pleraque *dictu*, quam re sunt *faciliora* Liv. Virtus *difficilis* inventu est, rectorem, ducemque desiderat. Sen. Quid est tam *iucundum cognitu*, atque *auditu*, quam sapientibus sententiis, gravibusque verbis ornata oratio. Cic. *Turpe* quidem *dictu*, (sed si modo vera fatemur) Vulgus amicitias utilitate probat. Ovid. Multa accidunt *dura toleratu*. Sen. Sapiens *vitatu*, quidque *petitu* sit *melius*, caussas reddet tibi Hor.

II. *Quibusdam Substantivis*, ut: *fas, nefas, opus, scelus* e. g.

Humanus animus, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo: si hoc *fas* est *dictu*; comparari potest. Cic. Videtis *nefas* esse *dictu*, miseram fuisse Fabii senectutem. Id. Ita *dictu opus* est, si me vis salvum, esse. Terent. Quod *dictu* scelus est. Prud. in Apoph.

III. Nonnunquam cum *verbis* ad interrogationem *unde?* atque sic posita *supina posteriora* active significant, vel neutraliter. e. g.

Obsonatu redeo. Terent. Pater familias primus *cubitu* surgat, postremus cubitum eat. Cato. de R. R. Quem nunc *venatu* rediturum. Stat. Quamquam nonnulli haec: *obsonatu, cubitu, venatu*, nomina potius quartae declinationis esse censeant, quam supina. Singulare est apud Tacit. vit. agr. *Pudet dictu*.

Nota. 1) Si Verbo suus casus adiungatur, tunc nunquam in supino in *u*, sed in praesenti infinitivi ponendum est, ut: *Miserabile fuit videre tantum stragem, non autem, miserabile fuit visu tantam stragem.*

Nota 2) *Facilis*, et *difficilis* saepe numero etiam occurrunt in infinitivo, sic *facilis corrumpi*. Tacit. Hist. IV. 39. Roma *capi facilis*. Lucan. Dicitur etiam *facile* est *ad iudicandum*, *facile* est *ad credendum*. Cic. Tusc. I. 14 Palmae *faciles ad scandendum*. Plin. Materia *facilis ad exardescendum*. Cic. Or. Cibus facillimus *ad concoquendum*.

No-

Nota. 3) Pro supinis in *u* Poetae etiam cum aliis adiectivis utuntur infinito. Sic Virg. Ecl. 5. Erat tum *dignus amari*; id est amatu: vel qui amaretur, sive, ut amaretur.

VI.

DE OMITTENDO RELATIVO. QUI, QUAE, QUOD.

Quid generatim in omittendo relativo q. q. q. observandum?

Relativum in nullo casu, praeterquam in Nominativo, omitti potest. Ex hoc sequitur, si relativum *q. q. q.* sit accusativi casus, totam constructionem ex activo in passivum, aut ex passivo in activum, si nimirum *q. q. q.* sit in ablativo, methodo superius dicta, convertendam esse prius, quam ad omissionem relativi *q. q. q.* progrediare. e. g.

1. Homo, *quem* Deus condidit, etc.

verte in passivum:

Homo, *qui* a Deo conditus est, etc.

2. Sol, *a quo* terra illustratur, etc.

verte in activum:

Sol *qui* terram illustrat, etc.

Quae regulae sunt observandae, si relativum omitti possit?

I. *Qui, quae, quod* omittitur: verbum vero principale venit vel in participium praesentis, vel praeteriti, vel futuri, pro ratione temporum, et significationis; *ex quo sequens oritur*

NOR-

NORMA.

In omittendo relativo q. q. q. observanda:

Active.		Passive.	
1 Qui amo, amabam	amans	Qui amor, — amabar, — amatus sum, — amatus eram, — amatus fuero	amatus
2 — amabo, — amarem, — amassem	amaturus	Qui debeo, debebam, debui, debueram, etc. amari	amandus

E. g.

Morbo, *qui* venit, occurrite
Venienti occurrite morbo, *Pers.*
Animo, qui per libidines corruptus est, nihil honesti inest. Tacit.
Animo per libidines *corrupto,* nihil honesti inest.

Nota. 1) Si verbum in aliis temporibus e. g. verbum activum, vel neutrum in praeterito perfecto, aut plusquam perfecto modi indicativi occurrat, relativum omitti nequit. Deponens vero, quod in significatione etiam activa participio praeteriti gaudet, si in nominatis temporibus occurrat, omisso relativo vertitur in participium praeteriti, ut:

Rumor, qui ortus est. Rumor *ortus. Nep.*
Thius, qui antiquo genere natus est.
Thius antiquo genere *natus. Id.*

Nota 2) Si Verbum participio illo, ad quod omisso relativo venire deberet, destinatur, q. q. q. omitti non potest; ut: *qui mavult, qui feriet*; manet invariatum, neque enim dici potest, *malens*, *feriturus.*

II. Participium eiusdem generis, numeri, et casus esse debet cum substantivo, quod per re-

la-

lativum q. q. q. in memoriam revocatur. e. g. Spes mea *Deus* est, *qui* pios nunquam deserit; dic: Spes mea Deus, est, pios nunquam deserens. Quodsi dicas: spem collocatam habeo in Deo, dicere debes, pios nunquam deserente.

Sic: Para tibi *divitias*, *quae* nunquam peribunt: nunquam *perituras*. *Nemo qui* cunctam terram intuetur. de Divina providentia dubitabit. Cic. *intuens*. Misericordia est aegritudo, ex miseria *alterius*, *qui* iniuria laborat. Cic. *Laborantis*. Lex est *voluntas* Dei, *quae* imperat honesta, prohibet contraria. Cic. *imperans prohibens*. Odiosum sane genus hominum, *qui* officia exprobrant. Cic. *exprobrantium*. *Animo* nobis opus est, *qui* non abhorret a quietis consiliis. Liv. non *abhorrente*. Pisistratus primus Homeri *libros*, *qui* confusi antea fuerunt, sic disposuisse dicitur, ut, nunc habemus. Cic. *confusos* Pater filio *vitam* dedit, *quae* peribit. Sen. *perituram*. Sapiens *bona*, *quae* semper placebunt, laudat. Sen. *placitura*. Caesar Calpurniam *Pisonis* filiam, *qui* succederet sibi in consultu, duxit uxorem. Svet. *Successuri*. Pii omnes retinere *debent* (*omis deb.*) animum in custodia corporis: nec iniussu eius, qui vobis animum *dedit* (pass.) ex hominum vita *migrare*; ne *munus humanum*, *quod* assignavit Deus, defugisse videamini: factis per superiores regulas mutationibus fiet: *Piis omnibus retinendus est animus* in custodia corporis: nec iniussu eius, a quo animus vobis est datus; ex hominum vita migrandum est; ne *munus humanum, assignatum a Deo* defugisse videamini. Cic. Somn. 4. Prudentia est *rerum*, quae expeti, fugique *debent*, scientia. Cic. primum fac *omisso debeo*; quae expetendae, fugiendaeque sunt; postea omisso *q. q. q.* concordando cum antec. subst. *rerum*; fiet: *expetendarum, fugiendarumque*.

III. Si per relativum, aliquod pronomen demonsrativum, nempe: *hic*, *iste*, *ille*, *ipse*, *is*, *idem* in memoriam revocaretur: pronomen omittendum erit ita, ut duae constructiones in unam coalescant; ut eos amo, *qui* libenter orant, vel orabunt; amo libenter *orantes*, *vel oraturos*.

Sic: *Ille*, *qui* divinae legi paret, alienum non appetit. C. Omnis benignitas properat, et proprium est *eius*

qui libenter facit, cito facere. S. Omnia prospera eveniunt *iis, qui* colunt Deum, adversa, *qui* spernunt. Liv. *Illum, qui* visu caret, magna pars veri latet. Sen. *illa, quae* male parta sunt, male dilabuntur. C. *Illi, qui* uno et eodem temporis puncto nati sunt, dissimiles et naturas, et vitas, et casus habent. Cic. Titus tantae civilitatis in imperio fuit, ut *eos, qui* convicti erant adversum se coniurationis, ita dimiserit, ut in eadem familiaritate, qua antea, habuerit. Eut.

IV. Si praecipuum in oratione verbum *sum, es, est* occurrat, non relativum solum sed ipsum verbum *sum*, excepto futuro omittitur, nominativus vero constructionis illius, in qua *q. q. q.* est, casu consentit cum antecedente substantivo, aut pronomine; ut: *mei, non misereris, qui tam pauper sum?* dic: *mei* tam *pauperis* non misereris? *Praemium referet, qui diligentior erit;* dic: Diligentior futurus praemium referet.

Sic: *Alexander, qui fuit victor tot regum, atque populorum, irae succubit.* Alexander *victor* tot regum atque populorum irae succubuit. Sen. *Nemo, qui sobrius est, saltat.* Nemo sobrius saltat. Cic. *Societatem cum Sexto Naevio fecit, qui vir bonus est.* Societatem, cum Sexto Naevio fecit, viro bono. C. *Fabio, qui calidissimus fuit Imperator, verba dedit.* Fabio calidissimo Imperatori verba dedit. Nep. *Cepit Mamercum, qui homo bellicosus, et potens fuit.* Cepit Mamercum hominem bellicosum, et potentem. Nep. *Gentes, quae in pace erunt.* Gentes in pace futuras. Virg.

Admonitio. Hoc loco nonnulli etiam de omissionibus coniunctionum; *postquam, dum, cum, si, qua, quando, et*, etc. regulas proponere solent. Magistri prudentis est videre, *quid valeant humeri* (pusionum) *quid ferre recusent.* Doctrinam interim hanc consulto nos ad Syntaxim ulteriorem participiorum, quorum Valla. 1. 32. et Macrob. l. 6. c. 10. Sat. *talem, tantamque, gratiam esse* recte asserunt, *ut sine iis non sit latina plene oratio*, referimus, ne forte stomacho cibum, quem

non

non satis adhuc digerere possit, ingerere videamur. *In analysticis* tamen *exercitationibus* utiliter docebuntur etiam II. anni Grammatici modum ablativos *absolutos* seu *consequentiarum*, et duas, vel plures constructiones per *participia* in unam contractas in suu verba, et coniunctiones *postquam*, *dum*, *si*, *et*, etc. resolvendi! Analyticis eiusmodi exercitiolis quodammodo subacti discipuli facilius deinde in Syntheticis progredientur.

Sic: Resol. 1. per *cum*, *quum*, *dum*. *Tarquinius Superbus*, Ardeam *oppugnans*, imperium perdidit. Eutr. pro: Tarquinius Superbus, *dum* Ardeam *oppugnaret*, imperium perdidit. *Aranti Quinctio Cincinato* nunciatum est, eum Dictatorem esse factum. Cic. pro. Cum Quinctius araret, ei nunciatum est etc. *Dionysius Tyrannus* Syracusis *expulsus*, Corinthi pueros docebat. C. talia *agentem* atque *meditantem Caesarem* more praevenit. Svet (quum ageret, atque meditaretur Caesar, eum etc.) Alexander, Persidis fines *aditurus* (cum aditurus esset, vel adire vellet) Susa Urbem Archelao tradidit. Curt. Aer. *effluens* huc et illuc (cum effluit;) ventus efficit. Cic. Alexander Aesculapio, et Minervae ludos celebravit. *Spectanti* (dum spectat) nuntius laetus adfertur, Persas a suis esse superatos. Alexander, quis nam esset, interrogat. Et ille Clitum esse respondit. Haec *dicentis latus* hasta transfixit. Curt. loco: haec cum diceret, latus eius etc.

2. Res. *per postquam*. Aegyptum Nilus irrigat, *mollitosque*, et *oblimatos* agros ad serendum relinquit. Cic. pro: agros, postquam eos mollivit, et oblimavit. Alexander descendit in flumen, vixque ingressi subito horrore artus rigere coeperunt. Curt. loco postquam ingressus erat, artus eius etc.

3. Resolv. per *si*, aut *quum*. Socratis morti illacrimari soleo, Platonem *legens*. Cic. loco: quum Platonem lego. Mendaci homini, ne verum *dicenti* (quum verum dicit) credere solemus. Cic. Quid posset *improbis* esse laetum, exitum suum, *cogitantibus*. Cic. loco: quum cogitant. *Cogitantes* coelestia, (si, vel quum cogitamus) haec nostra, ut exigua, et minima contemnimus Cic. etc.

4. Resolv. per *quia* Dionysius cultros *metuens* (quia metuebat) candenti carbone sibi adurebat capillum Cic. Democritus divitias proiecit, onus illas bonae mentis *existimans*. Sen. pro: quia existimabat etc. Nihil adfir-

mo-

mo, *dubitans* plerumque, et mihi ipse *diffidens*. Cic. *pro*: quia dubito plerumque, et mihi ipse diffido. *Tacitus Caesar* nihil clarum potuit ostendere, intra sextum mensem imperii morte *praeventus*. Eutr. loco: quia praeventus fuit etc.

5. Resolv. per *etsi*, *quamquam*, *licet*. Darius Charidemum maxime utilia *suadentem*, (etsi maxima utilia suaderet) abstrahi iussit ad capitale supplicium. Curt. Risus interdum ita repente erumpit, ut eum *cupientes* (licet cupiamus, tenere nequeamus. Cic.

6. Resolv. per *et*. Quinctius Cincinnatus agrum quatuor iugerum *possidens* manibus suis colebat. Eut. i. e. possidebat, et etc. Grues, cum, loca calidiora *petentes*, maria transmittunt, trianguli, efficiunt formam. Cic. pro: loca calidiora petunt, et maria etc. Alexander *detractum annulum* digito Perdicae tradidit. Cic. pro: *qui* digito detractus erat, vel *quem* detraxerat, vel detraxit, *et* tradidit.

7. *Ablativi absoluti, seu consequentiae*, resolvuntur:

a) Per *cum, quum*; ut: Pythagoras Tarquinio superbo *Regnante in* Italiam venit. Cic. i. e. cum Tarquinius regnaret.

b) Per *postquam*; ut: Aeneas, Troia a Graecis *expugnata* in Italiam venit. Iust. i. e. postquam Graeci Troiam expugnaverant; vel postquam Troia a Graecis expugnata erat.

c) Per *quia*. Eclipses non ubique cernuntur, aliquando propter nubila, saepius *globo terrae obstante*. Plin. i. e. quia globus obstat.

d) Per *si*, *quum*, ut: Maximas virtutes iacere omnis necesse est, *voluptate dominante*. Cic. pro: si voluptas dominatur.

e) Per *etsi*, *licet*, ut: Fabricius sollicitari non poterat, ut ad Pyrrhum transiret, *quarta* regni *parte promissa* Eutr. i. e. etsi quartam regni partem promitteret.

f) Per *et*, vel *postquam*, *dum*, etc. ut: *Roma deliberante* Saguntum perit; pro Roma deliberat, et etc. vel dum Roma deliberat. etc.

g) Per *simul ac*, ut: *Caritate*, benevolentiaque sublata, omnis est e vita sublata iucunditas. Cic. pro, simul ac caritas etc.

VII.

DE INFINITIVO PASSIVO POST QUAEDAM VERBA.

Quid observandum de infinitivo?

Si post verba: *video, permitto, iubeo, sino, audio, intelligo, adverto* etc. verbum aliud infinitivi modi sequatur, quod nullum casum aliquid agentem ante se habet, debet poni in infinitivo passivo. e. g. rex iussit captivos *redimi*, non redimere: mando, impero milites *colligi*, id est, ut colligantur; non colligere; audio campanas *pulsari*, non pulsare; sino, permitto domum *aedificari*, non aedificare; iussi litteras *scribi*, non scribere etc. Nec enim se ipsis pulsant se campanae, nec milites se ipsi colligunt; nec domus se ipsam aedificat; nec litterae se ipsas scribunt; nec captivi se ipsos redimunt. Contra; si verbum infinitivum casum, seu personam aliquid agentem habeat, manebit in infinitivo activi; e. g. permitto meum fratrem domum *aedificare* non aedificari; maiores natu audivi *dicere*, non dici; sine me *scribere*, non scribi; iubeo te litteras *exarare*, non exarari; *frater* enim, *maiores*, *ego*, tu sunt personae agentes.

Sic: Alexander sepulchrum Cyri iussit *aperiri*. Curt. Hannibal imperavit, quam plurimas venenatas serpentes vivas colligi. Nep. etc.

No-

Nota 1) Verba *curo*, *do*, *loco*, *suscipio*, *accipio*, *trado*, *appono*, *mitto*, *conduco*, *porrigo*, *relinquo* etc. eleganter pro infinitivo passivo praesentis recipiunt participium futurum in *dus*; eodem genere, numero, et casu cum substantivo cohaerens, ut: negotium *conficiendum cures*, pro confici, vel, ut conficiatur: *curavi* litteras tuas ad patrem perferendas. id est, ut litterae perferrentur, dedit mihi vestem *utendam*, id est, qua uterer.

Sic: Thrasybulus non legem tantum *ferendam* (pro ut ferretur) *curavit*, sed etiam, ut valeret, effecit. Nep. Perfuga venit in castra Fabricii, eique est pollicitus se Pyrrhum veneno necaturum. Hunc Fabricius *reducendum* curavit ad Pyrrhum. Cic. Antonius falsa decreta in aes *incidenda* et in capitolio *figenda curavit*. Idem Conon muros dirutos a Lysandro *reficiendos curavit* Nep. Pueris sententias *ediscendas damus*. Sen. Cyrus infans *datur occidendus* Harpago, isque pastori regii pecoris puerum *exponendum tradit*. Iust. Antigonus Eumenem mortuum propinquis ejus *sepeliendum tradidit*: Hi ossa eius in Capadociam *deportanda curarunt*. Nep. Diomedon rogatu Artaxerxi, Epaminondam pecunia *corrumpendum suscepit*. Nep Cervilius Consul. aedem Fortunae de manubiis *faciendam locavit*. Liv Cassander filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam *custodiendos* (pro ut custodiantur) mittit. Iust. Astyages liberos Harpago *epulandos*, (id est ut eos epularetur: *apposuit*. Sen. Redemtor columnam Iovis *conduxerat faciendam*. Cic. Natura mulieri domestica negotia curanda (pro ut curaret,) tradidit. Colum. etc.

Nota. 2) Constructiones hae et similes per *q. q. q.* et *debo*, aut per *ut* resolvi possunt; e g pueris sententias ediscendas damus; resolve per *q. q. q.* et *debeo*, fiet: Pueris sententias, *quas ediscere debent*, damus. Urbem militibus dedit diripiend m; resolve per *ut*; fiet: Urbem militibus dedit, ut eam diriperent.

Nota 3) Dicimus etiam: *curabo tibi adductum tuum Pamphilum*; pro curabo ut Pamphilus adducatur tibi, vel adducam tibi Pamphilum *Rogatum te volo*. Plaut. *Dabo tibi hoc effectum*. Ter. Prudenti mandes, si quid recte *curatum velis*. Ter. Patres ordinem pub-

licanorum *offensum nolebant.* Liv. Non est aeque miser, qui Patriae consulit, ac is, qui illam *exstinctam cupit.* Cic.

Nota. 4) Saepe *volo* cum participio praeteriti est tantum *circumscriptio* temporis praesentis, e. g. omnes vos *oratos volo.* Ter. pro, oro. Illos, qui in urbe remanserunt, *monitos* etiam, atque etiam *volo.* Cic. pro, *admoneo.*

SELECTA
LATINI SERMONIS
EXEMPLARIA
IN USUM
SECUNDAE GRAMMATICAE.

I.

Ioannis Stobaei Sententiae e praestantissimis veterum Graecorum Libris collectae.

II.

Apophtegmata, seu dicta quaedam memorabilia.

III.

Adagia.

IV.

Colloquia familiaria.

V.

Selectae Fabulae Phaedri.

VI.

Excerpta ex Severo Sulpicio.

1817.

Longum iter est per praecepta; breve, et efficax per exempla.

Sen. Ep. 6.

I.

IOANNIS STOBAEI SENTENTIAE E PRAESTANTISSIMIS VETERUM GRAECORUM LIBRIS COLLECTAE.

Admonitio. Quemadmodum in componendo, ita et legendo singularibus primum Sententiis excitandi sunt tirones, quorum levitas longioris orationis textum aut multis incisis confertas periodos, nondum satis assequitur. Atque ut ne Sententiae haec inanes essent, sed aliquid iucundae utilitatis haberent, Stobaeus praeceteris placuit, qui bonas et optimas, et ex optimis ad mores formandos peridoneas, summo iudicio collegit. E magna illa silva pauculae excerptae eo consilio, ut Praeceptor quotidie unam minimum vel interpretetur disciplulo, vel praeter thematis pensum, vernacula verti iubeat. Ipsemet experietur, modicum modico additum; assiduitate nempe magnum quid fieri.

I.

Ut praesentem diem bene transigas; statue, eundem tibi supremum illuxisse.

Homo frugi Viro bono natura, amicitia iungitur.

Virtus solidum est, et stabile bonum; opes ab uno ad alium demigrant.

Dii sudorem ante virtutem posuerunt.

Cave, ut earum rerum ne suspectum quidem te facias, quae factu turpia sunt.

Anima valere praeoptes, quam corpore.

Ille suus praeceptor est, qui in se ipso reprehendit, quod aliis obiicit.

Thus Diis, laus vero bonis viris tribuenda est.

Reminiscere praeteritorum, age praesentia: cave de futuris.

Be-

Bene audiet, qui de aliis bene dicere assueverit.

Ad virtutem tanquam asylum contendamus: haec una extra tela fortunae posita est.

Omnis rerum copia, possessio omnis, virtuti postponenda.

Uti qui scalas scandere coepere, non nisi in summo gradu conquiescunt: ita in proposito firmus, et in coeptis immobilis esto.

Eiusmodi viatica comparanda sunt iuveni, quae et in naufragio enatantem sequantur.

Homini infestius nihil est; quam ipse.

Saevissimae ferae in silvis ursi sunt, et leones; in urbibus calumniatores.

Plures satietate, quam fame periere.

Coma elegans, inter ornamenta minimo pretio constat.

Paupertas homines et in artibus praestantiores, et in rebus agendis prudentiores fecit.

Quis quis Patrem veretur, bonus civis evadet.

Dives avarus equum possidenti; sed equitandi ignaro, similis est.

Si quis rem bene perpendat, nullum animal homine miserius est.

Soli coelesses inter se sine invidia degunt.

Errant peregrini in viis, rudes, et imprudentes in rebus agendis.

Ignavi, ut terebra, officium non praestant, nisi adacti

Pauperum vita similis est littus legentibus, divitum in alto mari navigantibus.

Considera, et postmodum rem aggredere.

Malis aliorum inspectis, melior evasi.

Pauca appetere divitem facit.

Imprudens bonum, quod manu tenet, non ante agnoscit, quam amiserit.

Consulturus aliquem, vide, ut rebus ipse suis consuluerit.

Ne somnum admittas ante, quam ex te ipso quaesiveris: qua transii? quid egid? quid agendum omisi?

Divite ruditate litteratam paupertatem non permutavero.

Prudentia suus homini murus, et arma, et praesidium est.

Divitum omnes sunt amici.

Hominem esse, satis magna ad omnem calamitatem caussa est.

Nec Semi Dii quidem sine labore tranquillam vitam egere.

Boni gubernatoris est ventis se accommodare; sapientis fortunae.

Fortunatus est pauper, nec fortunae mutationes reformidandas habet.

Eiusdem est: ingenio suo sapere, et recte monenti obtemperare.

Si continuo, et multa, et celeriter loqui prudentis esset, hirundines prudentia homines antecellerent.

Suum cuivis homini ingenium, bona aut mala fortuna est

Verborum flumen, mentis gutta.

Labor bonae famae, gloriaeque pater est.

Nec vinum acerbum potioni, nec mores agrestes hominum societati idonei sunt.

Modestum esse decet, qui aliena mensa fruitur.

Mentiri, animi pusilli, vel vani est.

Iratus ab insano tantum tempore distat.

Quid ad vitam retinendam requiritur amplius, ac Cereris donum, et aquae potus.

Pulchra res est homo, si homo sit.

II.

Calamitati alienae non insultes, timens, ne in eandem labaris.

Si

Si quis Parentes, terrestres Deos appellarit, non aberraverit.

Artes omnes docuit necessitas.

Nihil tam necessarium est, quam servitium, nihil tam molestum, quam obsequium.

Heu quantum malorum hominibus pariunt illiciti amores

Legi, Principi, sapientiori, cedere aequum est.

Ditissimus est, qui paucissimis contentus vivit.

Sic vitam instituito, ut si perdiu, et perparum vivendum esset.

Praestat animo tranquillo humi cubare, quam perturbato in aureo lecto.

Vinum speculum est mentis.

Magna prudentia est, aliorum imprudentiam ferre posse.

Si turpe quid comittas, turpe est, etiam si nemo sciat.

Quam multi sanitatem a DEO precantur, ad quam perdendam nihil intemperantiae omittunt.

Nemo pauperes sibi amicos conquirit.

Muneribus datis nec morbum, nec senectutem nec mortem effugies.

Iuvenibus multorum malorum fons est, a turpiter dictis non abhorrere.

Male facta mendacio celare, nec virum, nec iuvenem ingenuum decet.

Stomachus et multorum capax est, et paucorum.

Veritas a mendacio aeque distat; ac oculi ab auribus.

Multi divites tutores potius opum suarum agunt, quam dominos.

Necessaria facile comparantur; non necessaria magni pretii sunt.

Nemo mentitur saepius, ac qui frequentissime peccat.

Quidquid in ira egeris, erratum fuisse postmodum intelliges.

Ni-

Nihil ei sufficit, cui parum satis non est.

Quae factu turpia sunt, dictu etiam inhonesta sunt.

Cum quotidie edendum sit, et bibendum, ardua est temperantiae custodia.

Vinum etiam sapientissimos ridere, ineptire, tacenda dicere facit.

Nemo opulentior, ac cupiditatis inops.

Nisi irae affectio mature corrigatur, in naturalem morbum vertitur.

Te ipsum reverere; et coram aliis nunquam erubesces.

Summa in vita voluptas, nullius criminis sibi conscium esse

Omnes in admonendis aliis sapimus; ad errores nostros caecutimus.

Irrisurus aliquem vide, ne eadem causa ridendus sis.

Ut res inanes spiritus, distendit stultos falsa de se opinio.

O puer tace! multa bona continet silentium.

Nemo opes suo labore partas pessumdedit, sed ab alio acquisitas.

Nullus liber, qui sibi ipsi non imperat.

Probitas morum plus fidei habet, quam iusiurandum.

Sermone ridiculo, ut sale, parce utendum est.

Dic aliquid silentio melius, aut tace.

Labor continuus assvetudine fit levior.

Etiam animosissimum quemque mala conscientia timidum reddit.

Optimi hominum in dicendo brevissimi sunt.

Assiduus esto; nam vel modicum modico additum, magnum quid efficit.

Idem est otiosus, et malus civis.

Verbosi homines non intelligunt, quam aliis molesti sint.

Nulla res magna sine labore venit.

Incredibile, quam dulces sint labores, postquam abiere.

Garrulitas, velut linguae deambulátio est.

Plures exercitatione fiunt boni, quam natura.

III.

Victus ne desperato. Experire denuo; ut alias melius facias.

Non est dedecori laborare, sed otiari.

Patri, quantumlibet duro, ut legi difficili, parendum existima.

Qui calumniantibus facile credunt: aut improba sunt ingenio, aut puerili.

Labor assiduus omnia vincit.

Saepe tardi admodum ingenii iuvenes, memoria praecellunt.

Nihil dic, nisi prius in mente intinctum.

Laborantes DEUS pariter adiuvat.

Vir probus facilis deceptu est.

Si viventium omnium aequa foret conditio, invidia orbe exularet.

Difficile est de Iuvenibus divinare; ita multis mutationibus obnoxia est haec aetas.

Quis hominum sine labore clarus evasit, aut e paupere dives.

Ubi durus victus, ibi robusti homines nascuntur.

Miles ut victima pascitur, cum eius usus fuerit immolandus.

Praeter divina nihil praeferendum est parentibus.

Perpetuo stillans gutta etiam marmor cavat.

Deformis sim potius quam pulcher, et malus.

Figulus figulo, et faber fabro, et mendicus mendico malis

Improbi non tam suis bonis laetantur, quam alienis invidet.

Saepe etiam puerorum indoles aliquid senile habet

Hu-

Humanorum casuum nullum est dulcius solamen prae literis.

Moleste fertur ab hero famulus, qui famulo altius sapit.

Servi dominorum moribus inficiuntur.

Parentibus habendos honores proprie divinos, lex iubet.

In bello ferrum dominatur, in pace eruditio.

Patris increpatio suave remedium est, et utilitatis plus quam mordacitatis habet.

Invidia ulcus est animi, vel aerugo.

Magis optanda est invidia, quam miseratio.

In solam scientiam nihil fortunae licet.

Insipientis est, spreta patria alienam laudare, alienos mores inducere.

Omnis audacia virium mensuram excedit.

Qui plurima agunt, plurima peccant.

Benevolentia patris filium meliorem reddit.

Formidolosus est pauper, seque ab omnibus sperni credit.

Praeter virtutem, nullam agnosco nobilitatem.

Quae pulchra, eadem difficilia, et in edito sunt: mala in proclivi.

Mortuos convitiari turpe est.

Videtur hoc esse Deorum negotium: ut alia struant, alia destruant.

Si lacrymae malis mederentur, auro comparandae essent

Ipsa dies quandoque parens, quandoque noverca est.

Deum furentem Deo sobrio temperato, *Bacchum Neptuno.*

Homo per omnem vitam fortunatus, miraculum est.

Vita theatro similis est, ubi pessimi saepe principem locum tenent.

Si aliorum mala nosses, aequius tua ferres.

Dolor libenter apud eos moratur, a quibus alitur, et fovetur.

Quemadmodum aegrum aureus lectus nihil iuvat, ita nec stolidum felicitas.

Bonus vir, idem mihi nobilis videtur.

Argentum hominibus sanquis est, et anima.

Propter paupertatem nemo punitur a iudice; nec adeo malum est.

Fames omnia dulcia reddit, praeter se ipsam.

Canem tibi infensum mitigare studes, quid ni et fratrem?

Qui sapit, mulieri nulla in re credat.

IV.

Boni animi esto; cras forte melius erit.

Spem habent, qui nihil aliud.

Senex fuit aliquando iuvenis. An iuvenis futurus sit senex incertum est,

Anima nihil pretiosius.

Nemini dum vivit, dicere licet, hoc, vel illud non patiar.

Improbus; si vel a Iove genus deducat, ignobilis est.

Pecudum nobilitas in bono validoque corpore; hominum in virtute, et doctrina sita est.

Si morerentur omnes, qui, quod petunt, non obtinent, quis superesset?

Quae te angunt, aliis ne patefeceris.

Neminem reperies tantae virtutis, cui non aliquid mali inesset.

Non est ille felix, qui multas pecunias habet; sed qui sine tristitia vivit.

Aegritudines animi morbos etiam corporis pariunt.

Crede Deos semper ridere, cum inania hominum studia contemplantur.

Alii

Alii secundis ventis navigant, adversis alii, sed in eundem portum.

Mors omnium mortalium portus est.

Consilia senum, manus iuvenum, vim habent.

Si omnes mala sua in medium conferrent, quisque inspectis alienis sua servaret.

Corporibus omnibus agitatio prodest: sive a se ipso, seu vehiculo, navi, equo.

Ne quem felicem appellaveris, nisi tumulatum.

Tristitia mala duplo maiora facit, quam sint.

Vita nostra vino similis est; cum nimis vetulum sit, acescit.

Sanitas svavissimum est humanarum miseriarum condimentum.

Nemo malum fert levius, ae qui minime repugnat.

Magna fortunae dona nôn sunt sine metu.

Beatus, qui cum paucis pecuniis hilariter vivit.

Non saturari cibo, non refugere laborem, nec voluptati servire, longaevos fecit.

De senibus honorifice loquere.

Medicum aegroto, amicum afflicto, consulere oportet.

Bona vix quaerentibus obtingunt, mala etiam non quaesita irruunt.

Quam domum invenies sine malis?

Felix, qui simul et opes, et mentem possidet.

Sola virtus, et generositas pecuniis emi non possunt.

Infelix est proles, cui bonum educationis fundamentum iactum non sit.

E bonis insperatis, quam provisis, plus existit voluptatis.

Senectutem omnes optant, eius mala pauci aeque tolerant.

Ne multis verbis pauca comprehendas, sed multa paucis.

Vi-

Vide, ne ob eadem, aliis displiceas, quae in aliis tibi displicent.

Omnis erubescens, probus mihi videtur.

Multos poenituit locutos fuisse, paucos tacuisse.

Qui fratrem non amat, nec parenti quidem gratus est.

Paupertas saepe multos ad indigna adegit.

Quid avos virtutis amatores iactas, quam ipse non colis?

Rem turpem qui appetit; faciet, opportunitatem nactus.

Si quis excedat modum, etiam svavissima ingrata fient.

Nihil sapientius experientia.

Saepe etiam stultus fuit opportuna locutus.

Rudes homines sola forma a brutis distant.

Victus aegrotantis, et fortuna insipientis, multum habent molestiae.

Nihil audacius imperitia.

II.

APOPHTHEGMATA

SEU

DICTA MEMORABILIA.

Thales percontanti, quid esset difficile: *se ipsum*, inquit, nosse. Idem rogatus, quid esset facile; *alterum*, ait, admonere.

Aristippus percontanti, quae potissimum adolescentibus essent discenda *Quae viris, inquit, usui futura sunt.*

Socrates, in pompa cum magna vis auri, argentique circumferretur: *quam multa non desidero*, inquit.

Ale-

Alexander interrogatus; ubinam suos reconderet thesauros? *apud amicos*, inquit.

Drusus cum aedificaret domum, promitteret que ei architectus, ita se eam aedificaturum, ut nemo in eam inspicere posset: *Tu vero* inquit, *si quid in te artis est, ita compone domum, ut quidquid agam, ab omnibus perspici possit.*

Antisthenes dicebat, ea *esse paranda viatica, quae cum naufrago enatent.*

Cum ex Socrate esset quaesitum, Archelaum Perdiccae filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret? *haud scio*, inquit, *nunquam enim cum eo collocutus sum.* Ain' tu? an aliter id scire non potes? *nullo modo?* Tu igitur ne de Persarum quidem rege magno potes dicere, beatusne sit? *an ego possum, cum ignorem, quam sit doctus, quam vir bonus?* Quid? tu in eo sitam vitam beatam putas? *Ita prorsus existimo; bonos, beatos; improbos; miseros.*

Thales rogatus, quid maxime commune esset hominibus? *Spes?* respondit. *Hanc enim et illi habent, qui aliud nihil.*

Aristoteles interrogatus: quid esset amicus? *Unus*, inquit, *animus in duobus corporibus.*

Attalus philosphus dicere solebat, iucundius esse, amicum facere, quam habere.

Cornelia, Gracchorum mater, cum Campana matrona, apud illam hospita, ornamenta sua illo seculo pulcherrima, ipsi ostenderet, traxit eam sermone, donec, e schola redirent liberi. Tum *et haec*, inquit, *mea sunt ornamenta.*

Socrates interrogatus, qua ratione potissimum quis adsequi posset, ut apud homines honestam haberet famam: *Si loquatur*, inquit:

quae sunt optima, et faciat, quae sunt honestissima.

Porus rex, ab Alexandro devictus et captus, cum ab eo rogaretur: quomodo tractari vellet? *regaliter* ait.

Cum Alexander Magnus postulasset, ut se Lacedaemonii in Deorum numerum referrent: age inquit rex eorum Damis, quoniam Alexander Deus esse vult, esto.

Lacedaemonii, Philippo minitante per litteras, se omnia, quae conarentur: prohibiturum, quaesiverunt, *num eos esset etiam mori prohibiturus?*

Alexander cum levitate corporis, ac pedum celeritate polleret, patri, hortanti, ut in Olympiis stadium decurreret. *Facerem:* inquit, *si reges habiturus essem concertatores.*

Octavianus Augustus querentem de inopia et caritate vini populum, severissime coercuit voce: *Satis provisum a genero suo Agrippa, perductis pluribus aquis ne homines sitirent.*

Cum Hannibal Chartagine expulsus Ephesum ad Antiochum venisset exul, atque invitatus esset ab hospitibus suis, Phormionem philosophum audiret; locutus esse dicitur philosophus aliquot horas de imperatoris officio, et de omni re militari. Tum, ut ceteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quaerebant ab Hannibale, quidnam ipse de illo philosopho iudicaret. Hic Poenus non optime Graece, sed tamen libere respondisse fertur, *multos se deliros senes saepe vidisse, sed qui magis, quam Phormio, deliraret, vidisse neminem.* Neque iniuria. Quid enim arrogantius fieri potuit, quam Hannibali, qui tot annos de imperio cum populo Romano certasset, Graecum hominum, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, praecepta de re militari dare?

Zeno

Zeno servum in furto deprehensum caedi iussit, cumque is ita se excusaret, ut diceret, sibi fuisse in fatis, ut furaretur; *et caedi*, inquit.

Quum Callicratidas, Lacedaemoniorum classis praefectus, pecunia maxime indigeret ad annonam nautis comparandam, accessere ad eum quidam amici Lysandri, et oblatis talentis quinquaginta, postulaverant unum ex inimicis sibi condonari necandum. Quos ille, quia aequitatem pecuniae anteponebat, valere iussit. Aderat tum Cleander, qui cum dixisset: ego vero oblatam pecuniam accepissem, si Callicratidas essem: *et ego*, respondit Callicratidas, *si Cleander essem.*

Cum garrulus quidam, multa nugatus apud Aristotelem, tandem dixisset: fortasse molestus tibi sum nugis meis, *neutiquam*, inquit, *neque enim adverti animum.*

Lacena quaedam mulier, cum filium in praelium misisset, et interfectum audisset: *idcirco* inquit, *genueram, ut esset, qui pro patria mortem non dubitaret occumbere.*

Alexander audiens Darium, Persarum regem, innumerabiles parare militum copias, respondit: *unus lupus non timet multas oves.*

Diogenes aliquando lucernam accensam gestans ambulat in foro clarissima luce, quaerenti similis. Rogantibus, quid ageret? *hominem* inquit, *quaero.*

Idem cum videret, Megarensium liberos nullis bonis artibus instrui, cum pecorum curam diligentem haberent, dicebat *malle se Magarensis alicuius arietem esse, quam filium.*

Aristippns cuidam glorianti, quod multum bibens non ius riaretur: *hoc,* inquit, *etiam mulus potest.*

Crates philosophus cum vidisset adolescentem in secessu ambulantem, interrogavit, quid illic solus faceret? mecum, inquit, loquor. Cui Crates: *cave, inquit, ne cum homine malo loquaris.*

Accessit ad Aristippum philosophum paterfamilias, rogavitque, ut filium suum susciperet erudiendum. Quum vero ille pro mercede petiisset quingentas drachmas: pater deterritus pretio, quod ignaro, avaroque homini nimium videbatur: tanti dixit, emere mancipium possum. Tum philosophus: *Eme*, inquit, *et habebis duo.*

Quidam conspecta tabula, quae in pictura trucidatos ab Atheniensibus Spartanos repraesentabat: fortes, inquit, Athenienses. Id Lacon audiens subiecit: *in tabula.*

Demetrius cum Megaram occupasset, et abductis omnium servis, Stilponti philosopho diceret, civitatem vestram liberam vobis relinquo; *verum est*, inquit Stilpon, *nullum enim in civitate servum relinquis.*

Miser poëta praelegerat Theocrito versus suos. Tum interrogabat: quosnam maxime approbaret? *quos omisisti*, respondit.

Bias navigabat aliquando cum hominibus improbis. Cum vero tempestate exorta, navis quateretur fluctibus, atque isti invocarent Deos: *silete*, inquit, *ne vos hic illi navigare sentiant.*

Quidam interroganti ubi Deus esset? respondit: *dic prius, ubi Deus non sit.*

Antisthenes interrogatus, quam ob rem divites non adirent eruditos, ac sapientes viros, sed hi illos? respondit: *quoniam eruditi sciunt, quae sibi desint, illi nesciunt.*

Pytha-

Pythagoras roganti cuidam, quomodo oporteat se gerere erga patriam ingratam? *ut erga matrem*, respondit.

Nicocles medicos felices praedicabat; *quod successus eorum sol intueretur, errores terra operiret.*

Diogenes prodigum quemdam conspiciens, oleas in diversorio edentem: *si sic prandisses*, inquit, *non ita coenares.*

Cum quidam Atheniensis filium adolescentulum ad Socratem misisset, ut indolem illius inspiceret: ac paedagogus diceret; pater ad te, o Socrates, misit filium, ut eum videres; tum Socrates: *loquere igitur*, inquit, *adolescens, ut te videam.*

Bias interrogatus: quod esset animal maxime noxium? *si de feris*, inquit, *percontaris, tyrannus: si de cicuribus, adulator.*

Anacharsis rogatus, quid est in homine pessimum et quid optimum? respondit: *linqua.*

Cum Thales interrogaretur, quid esset omnium vetustissimum? respondit: *D E U S, quod nunquam esse coepit.* Quid esset pulcherrimum? respondit: *Mundus: est enim opus Dei, quo nihil est pulchrius.* Quid velocissimum? *Mens; discurrit enim per omnia.* Quid robustissimum? *Necessitas, sive fatum; superat enim omnia.* Quid sapientissimum? *Tempus; invenit enim omnia.*

Cum apud Philippum Regem, ex vino temulentum, dixisset caussam mulier, fuissetque immerito damnata; se ab eius iudicio provocare, exclamavit. Ad quem ergo provocas inquit rex iratus. *A' Philippo*, respondit, *bene poto, et dormitante, ad Philippum sobrium, et vigilantem.* Excussit Regi crapulam, et somnolen-

tiam tam liberum mulieris responsum, et non modo in eam non est acerbius invectus, sed etiam, caussa eius diligentius inspecta, iustiorem sententiam tulit.

Quum in regali solio sederet Croesus, pretiosissimis vestibus indutus, Solonem interrogavit, an quid unquam vidisset pulchrius? *Gallos*, inquit ille, *et phasianos, et pavones: naturali enim nec imitabili colore, et pulchritudine fulgent.*

Alexander Ephesi imaginem suam, quam Apelles, pictor illius temporis celeberrimus, pinxerat, contemplatus, minus laudavit picturam quam quidem illa merebatur. Quum autem adductus equus adhinniret equo picto, quasi et hic esset verus equus. Apelles, *o rex*, inquit, *equus tuus artis pingendi peritior, quam tu, esse videtur.*

Anaxagoram ferunt nuntiata morte filii, dixisse: *sciebam me genuisse mortalem.*

Solon cum interrogatur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset? respondit, *se id neminem facturum putasse.*

Socratem aiunt, colapho percussum, nihil amplius dixisse, quam, *molestum esse, quod nescirent homines, quando cum galea prodeundum esset.*

Socrates cum rogaretur, cuiatem se esse diceret? *Mundanum*, inquit, *totius enim mundi se incolam, et civem arbitrabatur.*

Gorgias orator iam aetate confectus, ac morti proximus, rogatus, num libenter moriturus esset? *maxime vero*, inquit, *nam tamquam ex putri, miseraque domo egredior.*

Eucri-

Eucritus quaerenti eo, uter esse mallet: Croesus, an Socrates? respondit: *vivus mallem esse Croesus, moriens autem Socrates.*

Cum quidam generis obscuritatem Iphicrati obiiceret, quod patre sutore natus esset: *Meum*, inquit, Iphicrates, *genus a me habet originem, tuum vero in te desinit.*

Democritus interrogatus, in quo consisteret nobilitas? respondit: *pecudum nobilitas in valido corpore, hominum autem in bonitate morum.*

Homo quidam superstitiosus reperit caligas suas a soricibus arrosas. Hoc ostento turbatus consulit Catonem, quid mali portenderet? Ille vero: *Non est*, inquit: *ostentum, quod sorices arrosserint caligas, at vero si caligae arrosissent sorices, id fuisset ostentum.*

Aristippus cuidam, de multiplici eruditione glorianti, dixit: *Quemadmodum non ii, qui plurimunt edunt, melius valent his, qui sumunt, quantum opus est; ita non, qui plurima, sed qui utilia sciunt, eruditi sunt habendi.*

Solon interrogatus, qua ratione salva posset esse civitas? respondit: *si cives obtemperent magistratibus suis, magistratus autem legibus.*

III.

A D A G I A.

Monitum ad Praeceptores. Primum monendi erunt a Praeceptoribus pueri, ut, quod Aristoteles de epithetis cavit, id de adagiis meminerint; scilicet tanquam condimenta, non tanquam cibos adhibenda esse,

ad

ad gratiam, non ad satietatem; deinde, ut ne passim et quovis loco temere usurpentur; esse usum illorum in colloquiis, dialogis, epistolis familiaribus liberiorem, frequentioremque in oratione gravi rariorem. Postremo docendi erunt et usum, et, si quae est, varietatem usus; explicandi sensus saepe multiplices, non raro origo adagii declaranda erit, universeque, ut duriora praemoliant consuetis formulis: *ut aiunt*, *ut in veteri proverbio est*, *secundum tritum vulgo sermonem*, *ut vetus verbum usurpem*, *quemadmodum fert adagium* etc.

Fontes adagiorum quatuor praecipui numerantur, ex quibus Latini adagia sua derivarunt, videlicet:

1) *Similitudo*, ob quam aliqua praedicantur, quae ad rem unde similitudo ducta est, ingeniose respiciunt; e. g. dicitur *agninis lactibus alligare canem*, qui infidelem custodem ponit; canis enim lactibus alligatus devorabit illas, non custodiet, eodem modo infidelis custos etc.

2) *Vetus consvetudo*, *vel ritus*, ad quem recte subtiliterque alluditur, e. g. *Foenum habet in cornu*, dictum est de hominibus violentis et iracundis, quoniam bobus cornupetis, ut vel eminus dignosci vitarique possint, olim foenum alligari consveverat.

3) *Historia*; quae item tacite per dictum aut expressionem aliquam designatur. Sic in immodicum et intemperantem Criticum dicitur: *Sutor ne ultra crepidam*, allusione ad factum dictumque Apellis post tabulam latitantis, et judicia hominum auscultantis.

4) *Fabula* denique; cum ingenioso aliquo dicto ad fabulam respicitur, e. g. *Ad Augiae stabulum purgandum condemnatus*; de re admodum sordida molesta, et copiosa ex fabula ab Herclis laboribus desumtum est. etc.

Conformiter his fontibus in quatuor classes divisa hic subiunguntur Adagia, quorum sensum Magister discipulis explicabit, et, qua ratione nonnulla eorum linguis etiam vernaculis (nam nulla est gens, cui non sint familiaria quaedam adagia) reddi possint, explanabit;

e. g. *Eadem chorda oberrare*. Horat. *Cantilenam eandem canere*. Terent. Tsak azon bakot nyúzni. Es ist

die

die alte Leyer. Na gednu ſtrunu biti, na gedne ȟaydy piſſat. Lupo ovem committere. Ter. Ebre bizni a' szalonnát. Den Bock zum Gärtner machen. Owcu wlku poručiti.

Latinorum adagiorum Chiliades *Erasmus Rotterodamus* quatuor congessit, quae Magistro in adagiis eorumque origine explicanda magno usui erunt. Horum quaedam ad verbum linguis vernaculis reddi possunt; nonnullorum vero nonnisi sensus adcurate explanandus, ac tum alio verborum habitu convestiendus erit. Hungarica complura apud *Benitzkium*, item in Lexicis *Paris Pápaj* et *Molnári* Latine versa habes. Praeterea selectiora Adagia Latino Hungarica in usum et gratiam Iuventutis collegit et in alphabeti seriem concinnavit. *Petrus Kis - Viczay*. Item *Anton Szirmay: Hungarica in Parabolis*. Germanica plurima apud varios, ac in primis in variis Lexicis et libellis Grammaticis exstant. Slavicorum Syllogen habes in Grammatica *Bernolakiana*.

SYLLOGE

ADAGIORUM LATINORUM.

I. ADAGIA.

Ex similitudine deducta.

Acetum habet in pectore. Plaut i. e. prudens.

Acu rem tetigisti. Plaut.

Aculeo iam dimisso mori. Cic. i. e. postquam nocuisti. etc.

In aëre piscari et in mari venari iaculo. Plaut. i. e. operam perdere.

Aethiops non albescit: inde de irrito conatu dicitur: *Aethiopem* lavare, idem significat; *nebulas* diverberare; *alas lupi* quaerere; arare *littus*; *aquam in mortario* tundere: *arenam*

nam metiri: *isthmum* perfodere; *cribro aquam* haurire: *asinum* tondere; *aquam e pumice* postulare etc.

Aethna gravius onus. Cic. i. e. grave onus.

Atheneus murus. Hor. i. e. certa securitas.

Et genus, et virtus; nisi cum re: vilior *alga* est. Hor. i. e. non aestimatur.

Plus *aloes*, quam *mellis* habet. Plaut.

Amicus Plato etc. magis amica veritas. i. e. non est considerandum, quis, sed quid dicat.

Latet *angvis* in herba. Virg. i. e. subversatur periculum.

Anser strepit inter olores. Virg. i. e. indoctus inter doctos.

In *aqua* scribere. Catull. i e. oblivisci.

Aquas mari addere, folia arboribus; sidera coelo. Ovid.

Aquilla non captat muscas.

Aquillam volare doces, vel Delphinum natare etc. item: Sus Minervam. subaudi: docet, vel vespa cicadam, vel bubo canit lusciniae. i. e. indoctus docet doctum.

Asinus ad lyram, vel ad tibiam: Hungarice dicimus: *Igen tud a' hajdu harangot önteni.* Wie ein Esel zum Harpfen schlagen.

Asinum sub froeno currere docere, Hor. i. e. ineptum, inhabilem edocere.

De *Asini* umbra (de lana caprina. Hor.) rixari.

Velocius, quam *asparagi* coquantur. Svet. i. e. valde celeriter.

Auloedi sint, qui *Citaroedi* fieri non potuerunt. Cic i. e. qui magna facere non potest, faciat parva.

Barbam alicui vellere, Hor. i. e. illudere.

Optat

Optat ephipia *bōs*, piger optat arare *caballus*. Hor. i. e. nemo sorte sua est contentus.

Canis timidus vehementius latrat, quam mordet. Curt.

Cornua tollere. Hor. i. e. superbire.

Sub *cultro* linquere. Hor i. e. alium in periculo relinquere.

Dentem dente rodere. Mart. i. e. Cavillatorem cavillari.

In me cudetur haec *faba*. Ter.

In fermento iacet. Plaut. i. e. irascitur.

Manum *ferulae* subducere. Iuv. i. e. non esse infantem.

Ficum vocare *ficum*, ligonem ligonem i. e. nihil dissimulare laudare, quod laude, vituperare, quod vituperatione dignum est.

De eadem *fidelia* duos parietes dealbare. Cic. i. e. eodem labore duas res perficere.

Rivulos consectari, *fontes* rerum non videre. Cic.

Frontem exporrigere. Ter. i. e. hilarem esse; *rontem* contrahere, caperare. Plaut. contr.

Ad *incitas* est redactus. Plaut.

Eandem *incudem* diu noctuque tundere. Cic. i. e. eidem labori semper vacare.

Iugum iactare. Iuv. i. e. nolle obedire.

Primoribus *labiis* degustare, et extremis *digitis* attingere. Cic. A limine salutare. Sen. i. e. non multum ex re aliqua percipere.

Cum *lacte* nutricis errorem sugere. Cic. i. e. in infantia corrumpi.

In *laquaeum induci*. Quint. i. e. falli.

Larvis leonem terres. Tent. i. e. inanes minae contra potentiores.

Lu-

Lupi illum videre priores Virg. i. e. obmutuit.

Multos *modios* salis simul edere. Cic. i e. diu cum aliquo conversari.

Nasum suspendere adunco. Hor. i. e. irridere.

Quo semel est imbuta recens, servabit *odorem testa* diu. Hor. Germani reddunt, Jung gewohnt, alt gethan.

Palinodiam cantare. Cic. i. e. revocare.

Palpum obtrudere. Plaut. i. e. fallere.

Intra *pelliculam* tuam te tene. Mart.

Inter *vepres rosae* nascuntur. i. e. boni inter malos.

Notum in *scirpo* quaerere. Plaut. i. e. ibi quaerere nevos, ubi nulli sunt.

In *sole* caligare. Quint. i. e apertas veritates non perspicere.

Telam exordiri. Plaut. Pertexe, quod exorsus est. Cic.

Tineas pascere. Hor. dicitur de libris inutilibus.

Homo *trioboli.* Plaut. i. e. malus, cui, ut idem inquit Plautus numum nunquam credas plumbeum.

Etiam e *vite rubus* nascitur. i. e. etiam boni parentes nonnunquam malas habent proles.

Ad *Unguem* castigare. Hor. i. e. aliquid magna cum industria elaborare.

Clypeum post *vulnera* sumere. Ovid. i. e tarde quaerere auxilium.

Vulpes pilum mutat, non mores. Svet. i. e. emendatio ad apparentiam.

II. ADAGIA,

Ex antiquis Ritibus desumta.

Andabatarum more pugnare. Cic.

In *arenam* descendere, *arena* cedere. Cic.

Tanquam ad *aram* confugere. *Cic.*

Ex

Ex *asse* haeres. Cic.
Bos in linqua i. e. iudex aere corruptus.
Calculo albo, vel nigro notare. Plin.
Ad *Calendas* Graecas. Svet.
A' Carceribus ad *metas* decurrere. Varro.
Censorium supercilium. Sen.
Censoria virgula notare. Quint.
Ad *Clepsydram* dicere. Cic.
Hastae subiicere. Cic.
Herbam porrigere. Plin.
Illotis manibus aliquid tractare.
Oleum et operam perdidit. Plaut.
Ab *ovo* ad mala. Hor.
Praefica mortuum collaudat. Nev.
Rude donari. Hor Rudem accipere. Cic.
Inter *sacrum* et *saxum* stare. Cic.
Ad *Triarios* res rediit. Liv.
Ex *Tripode* loqui.

*) Adagia haec facile Magister ex veteribus ritibus explicabit.

III. ADAGIA.

Per quae Historia aliqua tacite designatur.

Nascetur vobis expers terroris. *Achiles*. Catul. i. e. Heros.

Alliensis dies. Liv. i. e. infelix.

Arabum gazae. Hor. i. e. magnae divitiae.

Archimedeum problema. Cic. i. e. difficilis et subtilis quaestio.

Aristarchus es orationum mearum. Cic. i. e. severus censor scriptorum meorum, uti fuit Aristarchus vir acerrimi iudicii, adeo, ut Homeri versus non putaretur, nisi, quem ipse probaret. Vid. Cic. fam. 3. 11.

Boetum in crasso iurares aëre natum. Hor i. e. homo stupidus, stolidus.

Quan-

Quanta laboras in *Charibdi?* Hor. i. e. in magno versaris periculo.

Incidis in *Scillam* cupiens vitare *Charybdim.* i. e. evitato uno periculo incidis in aliud.

Cimmeriae *) tenebrae. Lactant, i. e. magnae tenebrae.

*) Cimerii dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt; quales fuerunt, inter Baias et Sumas in ea regione, in qua convallis satis eminenti iugo circumdata est, quae neque matutino, neque vespertino tempore sole contegitur. Festus.

Ad *Cleanthis* lucernam lucubrare. Varro. i. e. diligenter studere.

Colophonem addere. i. e. finire.

Ultra *Crepidam* iudicare. Plin. i. e. iudicare de re quam quis non intelligit.

Damonis et *Pythiae* amicitia. Cic. i. e. magna amicitia.

*) De his sic Cicero: *Damonem* et *Pythiam* Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse, ut cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum caussa postulavisset, vas factus est alter eius sistendi, ut si ille non revertisset ad diem, moriendum esset sibi ipsi. Qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum, fidem tyrannus, petiit, ut se in amicitiam tertium adscriberent.

Davus sum, non *Oedibus.* Ter. i. e. sum homo simplex, non doctus, uti fuit Oedipus, qui aenigma Sphingis dissolvit.

Democriti risus, *Heracliti* *) lacryma; i. e. immoderatus risus, et fletus.

*) Perpetuo risu pulmonem agitare solebat Democritus - - - - fiebat contrarius alter. Iuven.

Dio-

Diogenis coena.

Dionysius Corinthi, i. e. ex illustri loco ad tenuitatem et paupertatem extremam deiectus.

Albae gallinae filius Iuv. i. e. felix. Vid. Svet. in Galb. item Erasm. Chil.

Graeca fide mercari. Plaut. Perfidia plus quam *Punica*. Liv.

Hannibal ad portam, i. e. periculum prope est.

Ilias tanta malorum impendet. Cic i. e. multa mala.

Iliade prolixius. *Hung.* Hosszú, mint a' Sz. Ivány' éneke.

Leges Lycurgi Draconis. etc. i. e. severae leges.

Orbilius plagosus. Hor. i. e. Praeceptor severus et vehemens in discipulos.

Pactolus tibi fluit. Hor. i. e. divitiis affluis.

Persici apparatus; *Siculae Saliares* dapes, coenae *Pontificum* de opiparis conviviis dicitur.

Phryges sero sapiunt. Cic. i. e. stultos poenitet sero errorum suorum.

Hic *Rhodus*, hic salta; i. e. hic te talem exhibe, qualem te alibi iactasti.

Agere in scena gestum spectante *Roscio* *) Cic. i. e. coram magno Magistro artem suam exercere.

*) *Roscio* nihil perfectius in arte histrionica unquam fuit, de quo Cicero sic scribit: ,,Hoc iam diu est, consecutus" ut, in quo quisque artifico excelleret, is in suo genere *Roscius* diceretur.

Equum *Seianum* *), aurum *Tolosanum* **) habet. Gell. i. e. in magna est calamitate.

*) Gellius scribit, hunc *equum* tali fuisse fato, sive fortuna, ut quisquis haberet eum possideretque; is cum omni domo, familia, fortunisque omnibus suis ad internecionem deperiret.

**)

**) Cum Oppidum *Tolosanum* in terra Gallia Q. Cepio Consul diripuisset, multumque auri in eius Oppidi Templis fuisset, quisquis ex ea direptione *aurum* attigit, misero, cruciabilique exitu periit.

Theonino dente aliquem rodere. i. e. male dictis aliquem lacessere.

Vatinianum *) odium. Catul. i. e. magnum odium.

*) *Vatinius*, de quo Seneca scribit: qui assiduis conviciis depudere didicerat, fuit Romae adeo exosus, ut magnum odium ab eius nomine Vatinianum diceretur.

Zoilum *) imitari. Mart. dicuntur doctorum Virorum obtrectatores.

*) Zoilus [illegible] illum in Homerum, Platonem aliosque strinxit, unde et *Homeromastix*, i. e. *Homeri flagellator* appellatus fuit. Quo illud Ovidii spectat:

Ingenium magni livor detrectat Homeri.
Quisquis es, ex illo, Zoile nomen habes.

IV. ADAGIA.

Ex Fabulis deprompta.

Acheronticus Senex. Plaut. i. e valde senex mortique proximus.

Ex oraculo *Apollinis* dictum. i. e. certum.

Argum fallere, inde etiam dicitur: Foris *Argus*, domi talpa, qui plus aliis, quam sibi invigilat.

Charontis in cymba alterum pedem habere: item Charonti naulum solvere.

Cornu copiae, vel *Almatheae* nactus sum.

Danaidum dolium implere.

Endymionis somnum mortis instar putemus. Cic.

Har-

Harpocratem reddidit. Catul.

Herculis aerumnas perpeti. Cic.

Procul a *Iove*, tutus a fulmine.

Iovi fulmen, clavam Herculi extorquere, vel Homero versum subtrahere.

Scire, quid *Iuno*, fabulata sit cum Iove Plaut. i. e. omnia arcana scire velle.

Marte suo aliquid facere. Cic.

Minerva crassa, pingui, invita aliquid facere. Horat.

Momo etiam satisfacere. Cic.

Panicus terror; i. e. repentinus, et vanus terror.

Pomum *Eridis*, seu discordiae.

Satis iam diu hoc *saxum* volvo. Terent.

Sirenum *) Cantus et Circes pocula nosti. Hor. i. e. Blanditiae et voluptates periculosae.

*) Monstra maris *Sirenes* erant, quae voce canora Quaslibet admissas detinuere rates. Ovid.

Sphingis aenigmata solvere. Quint. i. e. obscuras quaestiones resolvere.

Stentora vincere possis. Iuv. *Stentorea vox*.

Timeo *Danaos* et dona ferentes. Virg. i. e. hostibus non est fidendum, etiam si dona ferant.

V.

V.

COLLOQUIA FAMILIARIA.

et quidem:

I. Luciani Samosatensis Dialogi aliquot, ex versione Des. Erasmi Roterodami.

I.

Menippi et Tantali.

Men. Quid eiulas o Tantale, an quia tuam deploras fortunam, stagno imminens? *Tant.* Quoniam siti enecor. *Men.* Usque adeo piger es, atque iners, uti non vel pronus incumbens bibere noris; vel cava vola hauriens? *Tant.* Nihil profecero, si procumbam; refugit enim aqua simul, atque me proprius admoveri senserit: quod si quando hausero, orique conor applicare, prius effluxit: quam summa rigem labia. Atque inter digitos effluens aqua: haud scio, quomodo rursus manum meam aridam relinquit. *Men.* Prodigiosum quiddam de te narras Tantale, verum dic mihi istud ipsum, quorsum opus est bibere, quum corpore careas, nam istud, quod esurire poterat, aut sitire, in Lydia sepultum est. Ceterum tu quum sis animus, quinam posthac aut sitire queas, aut bibere? *Tant.* Atqui hoc ipsum supplicii genus est, ut anima perinde, quasi corpus sit, ita sitiat. *Men.* Age hoc ita habere credamus, quando quidem affirmas te siti puniri. At quid hinc acerbi tibi poterit accidere? Num metuis, ne potus inopia moriare? At equidem haud video alteros inferos, si quis hos relinquat, neque locum alium, in quem morte demigret quis-

quispiam. *Tan.* Recte quidem dicis; verum hoc ipsum supplicii genus est, sitire, quum nihil sit opus. *Men.* Desipis Tantale, et ut verum tibi fatear, non alio potu videris egere, quam veratro mero: nam diversum quiddam pateris iis, quos canes rabiosi momorderint, ut qui non aquam, quemadmodum illi, sed sitim horreas. *Tan.* Ne veratrum quidem recusarim bibere Menippe, si liceat modo. *Men.* Bono es animo Tantale, certum habens nunquam fore, ut vel tu, vel reliquorum Manium quispiam bibat: nec enim fieri potest: quamquam non omnibus, quemadmodum tibi, poena adiudicata est, ut sitiant, aqua illos non expectante.

II.

Menippi ac Mercurii.

Men. At ubinam formosi illi sunt ac formosae Mercurii? ducito me docetoque, utpote recens huc profectum hospitem. *Mer.* Haud mihi licet per otium Menippe, quin tu isthuc ipso e loco dextrorsum oculos deflecte. Illic et Hyacinthus est, et Narcissus ille, et Nereus, et Achilles, et Tyro, et Helena, et Leda: breviter quidquid est veterum formarum. *Men.* Equidem praeter ossa nihil video, calvariasque carnibus renudatas, inter quae omnia nihil sit omnino discriminis. *Mer.* Atqui haec sunt, quae poetae cuncti mirantur ac celebrant, ossa scilicet, quae tu videris contemnere. *Men.* At Helenam saltem mihi commonstra: nam ipse quidem haud queam dignoscere. *Mer.* Haec videlicet calvaria, Helena est. *Men.* Et huius scilicet ossis gratia, mille naves ex universa Graecia, acto delectu, sunt impletae, tantaque

tum Graecorum, tum Barbarorum multitudo conflixit, tot urbes sunt eversae? *Mer.* Caeterum Menippe non vidisti mulierem hanc vivam, quod si fecisses, forsan diceres tu quoque vitio dandum non esse.

Pro tali muliere diu tolerare labores,

Alioqui si quis flores etiam arefactos marcidosque contempletur, posteaquam coloris decus abiecerint, deformes nimirum videantur. At iidem donec florent, coloremque obtinent, sunt speciosissimi. *Men.* Proinde illud iam demiror Mercuri, si Graeci non intellexerunt sese pro re usque adeo momentanea, quaequae tam facile emarcescere, elaborare. *Mer.* Haud mihi vacat tecum philosophari; quare delecto loco ubicunque velis, prosterne temet ac recumbe, mihi iam aliae sunt traducendae umbrae.

III.

Charontis, Menippi, ac Mercurii.

Char. Redde naulum sceleste. *Men.* Vociferare, si quidem isthuc tibi voluptati est Charon. *Char.* Redde inquam, quod pro traiectione debes. *Men.* Haud quaquam auferre queas ab eo, qui non habeat. *Char.* An est quisquam, qui ne obulum quidem habeat? *Men.* Sit ne alius quispiam praeterea, equidem ignoro, ipse certe non habeo. *Char.* Atqui praefocabo te per Ditem inpurissime, ni reddas. *Men.* At ego illico baculo tibi comminuam caput. *Char.* Num ergo te tam longo traiectu gratis transvexero? *Men.* Mercurius meo nomine tibi reddat, ut qui me tibi tradiderit. *Mer.* Belle mecum agatur per Iovem, siquidem futurum est, ut etiam defunctorum nomine persolvam. *Char.* Haud omittam te. *Men.* Quin igitur vel huius gratia perge, ut

ut facis, navim trahere: quamquam quod non habeo, quinam auferas? *Char.* At tu nesciebas, quid tibi fuerit adportandum? *Men.* Sciebam quidem, verum non erat. Quid igitur? num ea gratia erat mihi semper in vita manendum? *Char.* Solus ergo gloriabaris te gratis fuisse transvectum? *Men.* Haud gratis o praeclare, siquidem et sentinam exhausi, et rem arripui, et vectorum omnium unus non eiulavi *Char* Ista nihil ad naulum, obolum reddas oportet, neque enim fas est secus fieri. *Men.* Proinde tu me rursum in vitam revehe. *Char.* Belle dicis, nimirum, ut verbera etiam ab Aeaco mihi lucrifaciam. *Men.* Ergo molestus ne sis. *Char.* Ostende, quid habeas in pera? *Men.* Lupinum si velis, et Hecate coenam. *Char.* Unde nobis hunc canem adduxisti Mercuri? tum qualia garriebat inter navigandum? vectores omnes irridens, ac dicteriis incessens, unusque cantillans illis plorantibus *Mer.* An ignoras Charon, quem virum transvexeris: plane liberum; cuique nihil omnino curae sit. Hic est Menippus. *Char.* Atqui si unquam posthac te recepero. *Men.* Si receperis, o praeclare: ne possis quidem iterum recipere.

EX COLLOQUIIS DESID. ERASMI ROTERODAMI

I.

HERILIA.

Rabinus, Syrus.

Rab. Heus heus furcifer, iam dudum raucesco clamore, nec tu tamen expergisceris, videre mihi vel cum gliribus certare posse. Aut ocyus surge; aut ego tibi fuste somnum istum excutiam; quando crapulam hesternam edormieris. Non te pudet, somnium hominis, in multam lucem stertere? Qui frugi sunt famuli, solent exortum solis antevertere, curareque, ut herus surgens reperiat omnia parata. Ut aegre divellitur a nido tepefacto cuculus. Dum scalpit caput, dum distendit nervos, dum oscitat, tota abit hora *Sy.* Vix dum diluxit. *Rab.* Credo tibi. Nam in tuis oculis adhuc multa nox est, tibi nox adhuc est concubia. *Sy* Quid me iubes facere? *Ra.* Fac, ut luceat foculus; verre pileum ac pallium, exterge cal eos et crepidas. Inversas caligas primum intus purga scopis, mox foris Deinde suffitum aliquem facito purgando aeri. Accende lucernam. Muta mihi lineum indusium, ac ad ignem fumi expertem sicca lotum. *Sy.* Fiet. *Ra* Atqui move te ocyus. Iam haec fecisse oportuit. *Sy.* Moveo. *Ra* Video: sed nihil promoves. Ut incedit testudo. *Sy.* Non possum simul sorbere et flare. *Ra* Etiam sententias loqueris carnifex? Tolle matulam. Compone lecti stragulas, revolve cortinas. Verre pavimentum: verre solum cubiculi. Adfer

aquam

aquam lavandis manibus. Quid cessas asine? Annus est prius, quam accendas candelam. *Sy.* Vix reperio scintillam ignis. *Ra.* Sic heri condidisti *Sy.* Nec follem habeo. *Ra.* Ut responsat nebulo; quasi qui te habeat, careat folle. *Sy* Quam imperiosum habeo dominum; huius iussis decem expediti famuli fecerint satis. *Ra.* Quid ais cessator? *Sy.* Nihil: omnia recte. *Ra.* Non ego te audio murmurantem? *Sy.* Equidem precor. *Ra.* Credo: Pater noster inversum. Precationem opinor Dominicam praepostere. Quid gannis de imperio? *Sy.* Precor tibi, ut fias Imperator. *Ra.* Ego tibi, ut fias homo ex caudice. Sequere me ad templum usque. Mox domum recurrito, lectos concinato. Haec confusa, suo quaeque loco digerito. Fac ut niteat tota domus. Matulam defricato. Haec sordida submoveto ab oculis, fortassis invisent me quidam aulici. Si quid sensero praetermissum, vapulabis largiter. *Sy.* Hic sane novi benignitatem tuam. *Ra.* Proinde cave, si sapis. *Sy* At interim de prandio nulla mentio. *Ra.* Vah, ut hic, mentem habet furcifer, non prandeo domi. Itaque sub horam decimam ad me transcurrito, deducturus me eo, ubi sum pransurus. *Sy.* Tibi quidem prospectum est, sed hic interim nihil est, quod edam. *Ra.* Si non est; quod edas: est, quod esurias. *Sy.* Nemo fit esuriendo satur. *Ra.* Est panis. *Sy.* Est, sed ater furfuraceus. *Ra.* Delicias hominis. Te quidem bovem esse oportuit, si pabulum detur te dignum. An postulas, ut te asinum tantum placentis saginem? Si fastidis panem citra obsonium, adde porrum, aut si mavis, cepe.

II.

Ra. Est tibi abeundum in forum. *Sy.* Tam procul? *Ra.* Non sunt, nisi sex passus, tibi pigro sunt bis mille, consulam autem tuae pigritiae Eadem legatione multa conficies negotia, tu supputa in digitos, ut memineris. Primum deflectes ad vestiarium, ac thoracem undulatum, si iam perfectus est, ab eo recipies. Hinc quaeres Cornelium veredarium. Is plerumque est in cervo, ibi potitat, rogabis, si quid habet litterarum ad me, et ad quem diem sit profecturus. Deinde convenies mercatorem pennarium, rogabis meis verbis, ne quid sollicitus sit, quod pecuniam non miserim ad diem praescriptum, numerabitur propediem *Sy.* Quando? Ad calendas Graecas? *Ra* Rides ganeo? imo ante calendas Martias. In reditu deflectes ad laevam, et ex bibliopolis disces, si quid advectum sit novorum libellorum e Germania. Cognosce, qui sint, et quanti venales. Post haec rogabis Goglenium, ut mihi dignetur esse conviva, alioquin coenaturio solus. *Sy* Etiam convivas vocas? Non habes domi, unde vel murem pascas. *Ra.* Proinde tu confectis aeteris abi ad macellum, et eme nobis armum ovillum, eum curabis eleganter assum, Audin haec? *Sy* Plura quam vellem *Ra.* At vide, ut memineris. *Sy.* Vix potero dimidium. *Ra.* Etiam hic stas cessator? Iam rediisse oportuit *Sy* Quis possit unus tot rebus obeundis sufficere? Deduco ac reduco. Sum illi a scopis, a matula, a pedibus, a manibus, a poculis, a libellis, a rationibus, a iurgiis, a legationibus. Postremo non videor illi sat occupatus, nisi sim et coquus.

III.

Ra. Profer ocreas, nam equitandum est. *Sy.* En adsunt. *Ra.* Probe quidem abs te curatae, totae albent situ. Opinor nec extensas, nec unctas hoc anno, adeo rigent prae siccitate. Exterge sub uvido panno. Mox unge ad ignem diligenter, ac macera, donec mollescant. *Sy.* Curabitur. *Ra.* Ubi calcaria? *Sy.* Adsunt? *Ra.* Verum sed obducta rubigine. Ubi frenum et ephippia? *Sy.* Sunt in promtu. *Ra.* Vide ne quid desit, aut ne quid ruptum, aut mox esset rumpendum, ne quid nobis sit in mora, quum erimus in cursu. Propera ad sellarium, et hoc lorum cura sarciendum. Reversus inspice soleas, sive calceos equorum, num qui clavi desint, aut vacillent. Quam macilenti sunt equi, quamque strigosi? Quoties abstergis aut pectis illos in anno? *Sy.* Imo, quotidie. *Ra.* Nimirum res ipsa loquitur, ieiunant, opinor, nonnunquam totum triduum. *Sy.* Minime. *Ra.* Negas tu quidem, sed aliud dicturi sunt equi, si loqui liceat. Quamquam satis loquuntur ipsa macie. *Sy.* Curo sedulo. *Ra.* Cur igitur tu habilior es equis? *Sy.* Quia non pascor foeno. *Ra.* Hoc igitur restat. Adorna manticam celeriter. *Sy.* Fiet.

V.

SELECTAE FABULAE PHAEDRI.

PHAEDRUS.

Natus fuit, ut hoc ipse in Praef. Libri. III. indicat, in Thracia; quo casu autem Romam venerit, non constat, ubi servitutem serviit, sed ab Augusto Imperatore, qui vitae, morum, ac ingenii eius excellentiam perspexerat, manumissus est. Eminuit Phaedrus *doctrina, et scriptis, atque auream aetatem insigniter illustravit. Animus fuit in eo probitatis, et honestatis amans, quod ostendunt tot egregiae sententiae, quae in eius Opusculo occurrunt. De hominum enim animo ex scriptis iudicare licet; quin alios quoque secum ad virtutis cultum incitare studuit, ipse autem maxime gloriam, quae est ex litteris, et doctrina sectatus, opes, et pecunias generoso semper animo contemnens.*

Tiberio Imp. parum acceptus fuit, sub quo in calamitatem certam incidit propter odium Seiani illius, qui Imperatoris gratia florens pro arbitrio cuncta gessit, et in optimos

mos

mas quosque Cives variis criminationibus circumventos desaeviebat, eorumque bona occupabat. Cuius mores, et sui temporis flagitia propter potentiam adversarii occulte, et sub involucris fabularum depingit. Quo tempore obierit, incertum est, vixit tamen ad senectutem, quam sibi incommodam in fabellis queritur.

In plerisque imitatus est Virgilium, in ceteris Plautum, Terentium, Ovidium. Terentium quidem, et eius gratam lenitatem ac sermonis vere Latini simplicitatem sic expressit, ut nemo propius a Terentii nitore, et svavissima tenuitate abesse videatur; quem simul ob argumenti facilitatem, et iucunditatem aetati puerorum maxime accomodatum indicat Mathias Gesnerus Instit. Rei Schol. Cap. II. Sect. IV. Num. 6.

Inter editiones praestant: Salmutiensis Anni 1657. *in* 4. *Hamburgensis A.* 1663. *in* 8. *Paris, in usum Delphini* 1675. *in* 4. *Amstel.* 1698. *et* 1718. *in* 8. *Berol.* 1753. *in* 8. *Et. quam aliqui principem putant* Lugd. Batav. 1727. *iu* 4. *Denique Halen.* 1779. Partes III. compl. in 8. minori.

MO-

MONITUM.

De explicandis cum fructu Phaedri fabulis.

Phaedrus Fabularum scriptione homines a vitiis revocare, atque ad virtutes accendere sibi proposuerat, quod feliciter, magnaque doctrinae, et ingenii commendatione praestitit. Hoc Institutor etiam Iuventutis Fabularum eius explicatione promovere imprimis studeat, hic enim fructus in educatione longe est maximus, et saluberrimus.

Licet autem moralis doctrina ubique in narratione Phaedri Fabularum eleganti sententia expressa sit, nos hic tamen praeterea cuilibet Fabulae eandem doctrinam praefigimus; maxime ideo ut pari modo Docens semper id primum ante explicationem dicere, inculcareque meminerit, quid Fabula iustum, probumque commendet, vel turpe, inhonestumque disvadeat in actionibus ex. gr. *Lupi, et Agni; vel Asini, et Leonis; Vulpis, et Corvi, cet cet.* Unde neque ipse Magister unquam adolescentem sic interpellarit, si quando, eum Fabulam recitare iusserit; heus! percense fabulam de *Lupo, et Agno, vel: de Asino, et Leone cet.* Verum hoc, aut simili modo alloquatur; recita Fabulam, quae docet, quomodo ex. gr. innocentes fictis criminibus opprimuntur, vel: quomodo stultum consilium plus obsit, quam prosit, *cet.* ut sic mens pueri primum defigatur circa virtutis, vel vitii considerationem, quam virtutem sequendam, vel vitium aversandum Fabula docet. Quae enim personae sunt, quarum actiones in Fabula narrantur, eas utique puer facile tenebit memoria, maxime ubi Docens (quod eum facere necesse est) narrationis sensum lingua vernacula compendio proposuerit, et ex narratis actionibus Iustitiam, probitatem, vel contra, malitiam; ac turpitudinem ad morum institutionem clare evolverit, explicueritque; quae semper opportuna erit occasio animos puerorum utiliter formandi, atque ad bonum persuadendi.

Cum fabulae sensum pueri perspexerint, tunc de fixis in librum discipulis Praeceptor clara, distinctaque, et ad signa interpunctionum accommodata voce Fabulam leget, singularumque vocum, et constructionum proprias significationes, (proprietas enim vocum in Phaedro admiranda est) patienter docebit; deinde regularum exempla, elegantiores Latini sermonis formulas, quae in Phae-

Phaedro abundanter leguntur, aut graves sententias, exponet. Sed nec mores, et characterem in Fabula agentium ad vivum pueris suo modo depingere negliget, ut sic etiam honesti imaginem amabiliorem, et vitii horribiliorem teneris mentibus imprimat. In toto hoc tamen labore praesertim ab exordio lente procedet, ut fructus copiosior sequatur.

Ubi vero omnia haec comprehensa a pueris adverterit, tunc silentibus illis, attentisque ipse iterum, ac iterum alia, et idonea pronunciatione de integro leget auctorem, immo plures e pueris ad eundem modum legere demandabit, et tunc primum, nec antea, (nisi torquere sine emolumento puerorum mentes velit) fabulam perfecte intellectam, et sine erroribus perlectam memoriae committendam pueris imponet. Quibus saepe praemii loco etiam hoc indulgebit, ut promptae, expeditaeque memoriae, rectae pronunciationis, ac clarae intellectionis specimen in percepto auctore Classico palam exhibere, et in publico discipulorum consessu eundem recitare possint, quo sic etiam ad emulationem accendantur, et eorum vox, atque aures ad naturalem pronunciandi modum asvescant, qui fructus in pueris non segniter est promovendus.

Hinc plura huiusmodi bonae institutionis principia pro quibusvis auctoribus in Gymnasio explicandis sedulus Praeceptor meditando, observandoque efformabit, atque ad usum cum maximo discipulorum fructu deducet. Ex Classiscis enim maximum, et solidissimum fructum in mentibus Iuventutis idoneus Praeceptor provehere potest. Quod sciunt illi, qui ingentes thesauros in istis repositos perspexerunt, et experti sunt, ad quemlibet vitae usum eorum familiaritate mentes humanas inprimis formari. Sed de hoc nobis sermo opportuniore loco redibit.

EX PHAEDRO

Libri I. Fab. 1.

Lupus, et Agnus.

Ad rivum eundem lupus, et agnus venerant
Siti compulsi; superior stabat lupus,
Longeque inferior agnus, tunc fauce improbra
Latro incitatus iurgii caussam intulit.

Cur,

Cur, inquit, turbulentam fecisti mihi
Istam bibenti? Laniger contra timens,
Qui possum, quaeso, facere, quereris lupe?
A te decurrit ad meos haustus liquor.
Repulsus ille veritatis viribus,
Ante hos sex menses male, ait, dixisti mihi.
Respondit agnus; equidem natus non eram.
Pater, hercule, tuus, inquit, maledixit mihi;
Atque ita correptum lacerat iniusta nece.
Haec propter illos scripta est homines fabula,
Qui fictis causis innocentes opprimunt.

Adnot. Violentiam lupi, et insontis agni responsa inexpugnabilia, sed modesta pro natura utriusque pulchre describi, observet Praeceptor: quae quo breviora sunt, (ut hoc: *equidem natus non eram*) vim, et simplicitatem maiorem habent. Immo amissura, vim fuissent, si essent longiora. Fabula respicit Tiberium Caesarem, qui fictis criminibus sub nomine iustitiae, quos vellet, perimebat. Ut hoc ex Svet. et Senec. notum.

Libri I. Fabula 3.

Docet, Consilium salutare esse, alienis bonis non efferi, sed suis rationibus convenientes vivere. Quod Seneca etiam Epist. 41. dixit: nemo gloriari nisi suo debet.

Graculus superbus, et *Pavo*.

Ne gloriari libeat alienis bonis;
Suoque potius habitu vitam degere,
Aesopus nobis hoc exemplum prodidit.
Tumens inani Graculus superbia
Pennas, Pavoni quae deciderant, sustulit,
Seque exornavit; deinde contemnens suos
Formoso se Pavonum immiscuit gregi.
Illi impudenti pennas eripiunt avi,
Fugantque rostris Male mulctatus Graculus
Redire merens coepit ad proprium genus,
A quo repulsus, tristem sustinuit notam.

Tunc

Tunc quidam ex illis, quos prius despexerat,
Contentus nostris si fuisses sedibus,
Et, quod natura dederat, voluisses pati,
Nec illam expertus esses contumeliam,
Nec hanc repulsam tua sentiret calamitas.

Adnot. Placere possunt ornatissimae imagines avium, ac primo graculi superbia tumentis, et alienis pennis exornati; deinde pavonum gregis indignum suo consortio fugantis, denique graculi male mulctati, ac risum moventis.

Libri I. Fabula 2.

Qui gloriam iactant, quasi sua virtute, cuius expertes sunt, partem; ignotos quidem fallere, sed a notis irridere, pulchre ostendit.

Asinus, et *Leo* venantes.

Virtutis expers, verbis iactans gloriam,
Ignotos fallit, notis est derisui.
Venari Asello comite quum vellet Leo,
Contexit illum frutice, et admonuit simul,
Ut insveta voce terreret feras,
Fugientes ipse exciperet. Hic Auritulus
Clamorem subito totis tollit vocibus,
Novoque turbat bestias miraculo.
Quae dum paventes exitus notos petunt,
Leonis adfliguntur horrendo impetu.

Qui postquam fessus est, asinum evocat,
Iubetque vocem premere; tunc ille insolens:
Qualis videtur opera tibi vocis meae?
Insignis, inquit, sic, ut nisi nossem tuum
Animum, genusque, simili fugissem metu.

Adnot. Pertinet ad eas fabulas, quae risum movent. Magna elegantia, nec sine ornatu a Poeta est composita. Quam iucunda imago aurituli totis viribus clamorem tollentis, quam risu digna asini quaestio: *qualis tibi videtur opera vocis meae?* Simulque ironia respen-

spondentis Leonis! Tota narratio elegans est, sive rem species, seu elocutionem.

Libri I. Fabula 19.

Monet, ut mali hominis blanditiae vitentur, quid continent insidiae.

Canis parturiens.

Habent insidias hominis blanditiae mali,
Quas ut vitemus, versus subiecti monent.
Canis parturiens quum rogasset alterum,
Ut foetum in eius tugurio deponeret,
Facile impetravit; dein reposcenti locum
Preces admovit, tempus exorans breve,
Dum firmiores posset catulos ducere.
Hoc quoque consumto, flagitare validius
Cubile coepit. Si mihi, et turbae meae
Par, inquit esse potueris, cedam loco.

Adnot. Noverit Docens, Eruditorum iudicio, hanc fabulam pertinere ad elegantissimas, et latinissimas, si numeri ratio habeatur. Vel in prosa verborum collocatio non possit esse rectior et elegantior. Notanda etiam tenuitas, facilitas, simplicitas in hac fabula plane singularis.

Libri I. Fabula 24.

(*Pauper, imitando potentem, consciscit sibi periculum*) *id narrat.*

Rana rupta, et *Bos.*

Inops, potentem dum vult imitari, perit.
In prato quondam rana conspexit bovem,
Et tacta invidia magnitudinis,
Rugosam inflavit pellem; tum natos suos
Interrogavit, an bove esset latior?
Illi negarunt. Rursus intendit cutem
Maiore nisu, et simili quaesivit modo,
Quis maior esset? Illi dixerunt: bovem.

No-

Novissime indignata; dum vult validius
Inflare se se, rupto iacuit corpore.

Adnot. Si numerus spectetur, haec fabula praeter ceteras elegans est. Eam Horat. l. II. Sat. 5. V 315. tangit. Elegantias plures fabulae videre potest Docens in notulis Phaedri Edit. Hal. A. 1779.

Libri II. Fabula. 4.

Hominem bilinguem, et fallacem magna saepe mala excitare in consortio humano declarat.

Aquilla, Feles, et Aper.

Aquilla in sublimi quercu nidum fecerat;
Feles cavernam nacta in media pepererat;
Sus nemori cultrix foetum ad imum posuerat.
Tum fortuitum feles contubernium
Fraude, et scelesta sic evertit malitia.
Ad nidum scandit volucris, pernicies, ait,
Tibi paratur, forsitan et miserae mihi.
Nam fodere terram quod vides quotidie
Aprum insidiosum, quercum vult evertere,
Ut nostram in plano facile progeniem opprimat
Terrore offuso, et perturbatis sensibus,
Derepit ad cubile setosae suis;
Magno inquit, in periculo sunt, nati tui.
Nam simul exieris pastum cum tenero grege,
Aquila est parata rapere porcellos tibi.
Hunc quoque timore postquam complevit locum
Dolosa tuto condidit se cavo;
Inde evagata noctu suspenso pede,
Ubi esca se replevit, et prolem suam,
Pavorem simulans prospicit toto die:
Ruinam metuens aquilla ramis desidet.
Aper rapinam vitans non prodit foras.
Quid multa? inedia sunt consumti cum suis,
Felisque catulis largam praebuerunt dapem.
Quantum homo bilinguis saepe concinnet mali.
Documentum habere stulta credulitas potest.

Adnot.

Adnot. Uti hic Phaedrus dolosae felis characterem praeclare pingit, ita Docenti hoc exemplum offeret occasionem dolosi, et fallacis hominis mores, agendi consvetudinem, et mala, quorum auctor esse solet, pueris ad abominandum describendi. Inveniet etiam varias Linguae elegantias, quas explicet; est enim Fabula ex ornatissimis pariter et latinissimis.

Libri II. Fabula 7.

Praestare in paupertate tutum vivere, quam in affluentia divitiarum periculo exponi, brevi narratione proponit.

Muli, et Latrones.

Muli gravati sarcinis ibant duo;
Unus ferebat fiscos cum pecunia,
Alter tumentes multo saccos hordeo.
Ille onere dives, celsa cervice eminens,
Clarumque collo iactans tintinabulum;
Comes quieto sequitur, et placido gradu.
Subito latrones ex insidiis advolant,
Interque caedem ferro mulum trusitant.
Diripiunt nummos, negligunt vile hordeum.
Spoliatus igitur casus cum fleret suos,
Equidem, inquit alter, me contemptum gaudeo,
Nam nihil amisi, nec sum laesus vulnere.
Hoc argumento tuto est hominum tenuitas,
Magnae periculo sunt opes obnoxiae.

Adnot. Delectare in hac fabula debent iuxta se contraria posita. Superbia incedit celsa cervice eminens, mediocritas sequitur placido gradu. Quae Phaedri descriptio ornatissima est, et optime rei accomodata. Superbia laesa est vulnere, mediocritas nil amittit. Illa flet suos casus, haec gaudet se fuisse contemptam. Pulchra imago tumidi, et sorte sua contenti hic proponitur. Elegantissima habetur haec fabula.

Libri II. Fabula 8.

Dominum res suas observare, et curare diligentissime, exemplo est.

Cervus, et *Boves*.

Cervus nemorosis excitatus latibulis,
Ut venatorum fugeret instantem necem,
Caeco timore proximam villam petit,
Et opportuno se bubili condidit.
Hic bos latenti: quidnam voluisti tibi
Infelix, ultro qui ad necem concurreris,
Hominumque tecto spiritum commiseris?
At illi supplex: vos modo, inquit, parcite,
Occasione rursus erumpam data.
Spatium diei noctis excipiunt vices,
Frondem bubulous adfert, nec ideo videt.
Eunt subinde, et redeunt omnes rustici,
Nemo animadvertit, transit etiam villicus,
Nec ille quidquam sentit. Tum gaudens ferus
Bobus quietis agere coepit gratias,
Hospitium adverso quod praestiterint tempore.
Respondit unus, salvum te cupimus quidem,
Sed ille, qui oculos centum habet, si venerit,
Magno in periculo vita vertetur tua.
Haec inter, ipse Dominus a coena redit,
Et quia corruptos viderat nuper boves,
Accedit ad praesepe; cur frondis parum est?
Stramenta desunt? tollere haec aranea
Quantum est laboris? dum scrutatur singula,
Cervi quoque alta est conspicatus cornua;
Quem convocata iubet occidi familia,
Praedamque tollit. Haec significat fabula:
Dominum videre plurimum in rebus suis.

Adnot. Nota elegantiam, et svavitatem hujus fabulae, quae maxime cernitur in modo narrandi, qui mirifice placet. Observa etiam inter peculiares Phaedri di-

ctiones Vocabulum: *aranea* quod proprie videtur esse adiectivum.

Libri III. Fabula 16.

Scribit, qui in alium sponte inhumanitatem exercet, plerumque dat poenas inhumanitatis.

Cicada, et Noctua.

Humanitati qui se non accomodat,
Plerumque poenas oppetit superbiae.
Cicada acerbum noctuae convicium
Faciebat, solitae victum in tenebris quaerere,
Cavoque ramo capere somnum interdiu.
Rogata est ut taceret. Multo validius
Clamare coepit. Rursus admota prece
Accensa magis est. Noctua ut vidit, sibi
Nullum esse auxilium, et verba contemni sua,
Hac est adgressa garrulam fallacia:
Dormire, quia me non sinunt cantus tui,
Sonare cithara quos putes Apollinem,
Potare est animus nectar, quod Pallas mihi
Nuper donavit, si non fastidis, veni,
Una bibamus. Illa, quae ardebat siti,
Simul cognovit, vocem laudari suam,
Cupide advolavit. Noctua egressa e cavo,
Trepidantem consectata est, et letho dedit.
Sic, viva quod negarat, tribuit mortua.

Adnot. Ut vocum propriam significationem recte Praeceptor in Phaedro pervideat et discipulis explicet, opere pretium est accurate utilia Latinitatis Dictionaria consulere, quale ex. g. est Iacobi Facciolati Calep. C Schelleri. Sine quorum usu in cognoscenda Vocabulorum proprietate non proficiet, nec unquam proprie latine loquetur, maxime si nec editiones Classicorum cum singularibus notulis ad legendum adhibuerit. ex. gr. *Convicium* ex hac fabula, leget ibi, non de contumeliosis verbis tantum accipi, sed per eam vocem in Classicis etiam

expri-

exprimi, clamorum plurium, vel unius repetitum, ideoque advertet, in hoc loco proprie, et eleganter stridulam cicadae vocem significari per *convitium.*

Monitum. Pulchri sensu praedito Docenti legendam etiam commendo Lib. III., Fabulam 7. de *Cane*, et *Lupo*. Eam viri doctissimi ex praestantissimis esse iudicant, sive Dialogi elegantiam, sive brevitatem, et simplicitatem, sive argumenti delectum spectes, neque in ulla alia magis conspici virtutem, quae sinceritas vocatur.

Libri IV. Fabula. 1.

Saepe res aliter sunt, quam apparent, fitque: ut primus earum aspectus desipiat, hoc inculcat.

Mustella, et *Mures.*

Ioculare tibi videtur, et sane levi,
Dum nihil habemus maius calamo ludimus.
Sed diligenter intuere has nenias,
Quantam sub illis utilitatem reperies?
Non semper ea sunt, quae videntur, decipit
Frons prima multos, rara mens intelligit,
Quod interiore condidit cura angulo.
Hoc ne locutus sine mercede existimer,
Fabellam adiiciam de mustella, et muribus.
Mustella, quum annis et senecta debilis,
Mures veloces non valeret assequi,
Involvit se farina: et obscuro loco
Abiecit negligenter. Mus escam putans
Adsiluit, et compressus occubuit neci.
Alter similiter, deinde periit tertius.
Aliquot secutis venit retorridus.
Qui saepe laqueos, et muscipula effugerat,
Proculque insidias cernens hostis callidi,
Sic valeas, inquit, ut farina es, quae iaces.

Adnot. Laudat Claris. Ianius colorem huius fabulae simplicissimae, quae in gratissima tenuitate tam mul-

ta habeat, quibus explendescat, ac supra vulgarem consvetudinem extollat.

Lib. IV. Fab. 16.

Explicat, totam hominum vitam mixtam esse dolore, et gaudio.

Gubernator et *Nautae.*

Quum de fortunis quidam quaereretur suis,
Aesopus finxit consolandi gratia.

Vexata navis saevis tempestatibus
Inter vectorum lacrimas, et mortis metum,
Faciem ad serenum subito mutato die,
Ferri secundis tuta coepit flatibus,
Nimiaque nautas hilaritate extollere.
Factus periclo tum gubernator Sophus,
Parce gaudere oportet, et sensim quaeri;
Totam quia vitam miscet dolor, et gaudium.

Adnot. Paululum adsurgit Phaedrus in hac fabula. Placent imprimis iuxta se posita: saeva tempestas, et hinc ortae Nautarum lacrimae, mortisque metus; et mutatus ad serenam faciem dies iunctus cum Vectorum hilaritate; navis paullo ante vexata procellis, mox fertur tuta secundis flatibus. Delectat etiam mirifice postrema sententia, quam varie exprimunt scriptores. Illud quoque, *parce*, et *sensim* hoc loco elegantiam, et vim habet.

Observatio. Fuerunt viri non postrema laude ingenii praestantes, qui peculiari scriptione contenderunt Phaedrum non esse pueris legendum, sed iam iis iuvenibus, qui Romanum sermonem non primis labris degustaverunt. Quorum in sententiam ego minime abire possum, qui Phaedrum, et huius notae scriptores 40. et quod superat, annis non negligenter terere, imitandoque plurium virtutes exprimere conatus sum, postquam eas assidua lectione pernovisse mihi videbar. Totidem simul fere annos circa iuventutis institutionem transegi, si non docendo, certe observando. Phaedrumque tam ad multos puerorum usus pernecessarium cognovi, ut putem

tem non magnum negotium ei intercessisse, cum Phaedro apud pueros explicationibus promovendo, qui dissentiat. Sed de rebus claris non multa argumenta conquirenda, nec prolixe verba facienda sunt. Non nego quidem, plurimas in eo elucere Poeseos virtutes, quae gnaris huius scientiae iuvenibus utiliter, et cum emolumento boni gustus litterarii proponi possent; multo tamen plura in eo esse affirmo, e quibus statim pueri possint proficere, qui iam, secundam Grammaticae Scholam adeunt in Patria nostra.

Si quis sit, cui mea sententia fidem non faciat, is saltem plurimorum Virorum doctorum iudicio acquiescat, qui hunc Scriptorem puerorum aetati accomodatissimum testantur, e quibus unum iam initio huius opusculi nominavi, Virum de re Scholastica meritissimum. Quare qui volet per me licet Iuvenibus Poeseos cultoribus in Fabulis Poeticas elegantias, quae plurimae sunt, exponat; non enim ego eius diligentiam impediendam arbitrabor, modo ille quoque ita aequus sit, ne pueros non parvis, nec paucis emolumentis privandos arbitretur.



VI.

EXCERPTA
EX
SEVERO SULPICIO.

SULPICIUS SEVERUS.

Illustri inter Aquitanos loco circa A. C. 360. natus, posteaquam artibus, quibus ii, qui more illorum temporum ad Rempl. gerendam accessuri erant, informari solebant, probe excultus esset, Forensibus primum negotiis se dedit. Ubi brevi tempore effecit, ut inter aequales emineret. Deinde uxorem et divitiis abundantem, et consulari genere claram duxit. Sed ea cum liberis, quos genuerat, praemature mortua, forum reliquit, et aetate adhuc florens in praedium, quorum plura habebat, DEO, sibique victurus concessit. Ibi a strepitu, curaque rerum terrenarum liber in consortio amicorum, quos pie-

pietas, et studia illi adiunxerant, magnos reditus annuos in id potissimum impendit; ut pauperum iuvaret industriam. Cum enim ipse laboriosissimus esset, non aequum esse ducebat, aliorum ignaviam impensis suis ali. Inter eius, quibus plurimis abundabat, virtutes; assiduum, vitae emendandae studium, otii fuga, et insignis modestia eluxerunt. Subinde Episcopi svasu Sacerdos factus, quo impensius cultui divino, et saluti Fidelium consuleret, nec impensis ullis, nec labori peperit. Nec tamen propterea a studiis litterarum se avocari passus est. Nam et Adolescentibus in pietate, scientiisque Magistrum se, ac ducem praebuit, et scriptis rem litterariam auxit, adiuvitque. Scripsit enim Epistolas, Dialogos, S. Martini Turonensium Episcopi, quocum frequentius versabatur, vitam. At imprimis Sacrae Historiae compendium eorum in gratiam, quorum educationem moderabatur, tam limate scripsit, ut ab aequis rerum aestimatoribus fere argenteo Latinitatis seculo dignum iudicetur. Quo opusculo tantopere se summis in litteris viris probavit, ut uno

qua-

quasi ore eum praedicent: Auctorem esse elegantem, et caste, politeque scribere, nec esse inter Christianos, qui hac ei virtute praeferri possit. Hinc Barthius in *eius laudem dixit*: qui Sulpicium legit, videtur sibi stantis Reipl. Senatorem aliquem de divinis rebus disserentem audire.

Editiones eius praeferuntur. Coloniensis Anno 1600 *in* 8. *Lugduno-Batav.* 1625. *in* 12. *Amstel.* 1665 *in* 8. *Lips.* 1709. *in.* 8

Ex

EX PERIODO III.

I.

Lothi Uxor in salis molem convertitur. Anno Ante C. N. 1897.

(Ad mala, quae reliqueris, animum reflectere grande piaculum est, nec impune.)

Sodomam missi Angeli, Lothum in porta sedentem repererunt. Quos ille, homines existimans, hospitio receptos coenatosque domi haberet; iuventus improba ex oppido (conviciis) novos hospites lacessivit.

Tum Lothus ab hospitibus edoctus, perdendum oppidum, propere cum uxore, et filiabus est egressus. Interdictum tamen eis est, ne retrorsum conspicerent. Sed mulier parum dicto audiens (humano malo, quo agrius vetitis abstinetur) reflexit oculos, statimque in (salis) molem coversa traditur.

Monitum. Hoc, et alia exempla aut praelegens ipse, aut legenda commendans Institutor, id muneris sui esse imprimis meminerit: ut Discipuli non latini tantum sermonis elegantiam; sed multo magis virtutis amorem, et vitii horrorem ex iis intelligant, condiscantque. Quod fiet primo: si frequentius repetantur; deinde, si pari aliqua aut virtute, aut vitio memoratis, iubeantur depromere: quid praemii, aut poenae illinc certo expectandum sit? quove id exemplo confirmare possint?

II.

II. Abrahamus Isaacum filium promte immolat. Ante C. N. 1897.

(*Fides in Dei promissis constans,*)

Cum Abrahamus esset iam centum annorum, Isaacus filius natus est. Non multum post, Dominus Abrahami fidem tentans, immolandum sibi a patre filium Isaacum poscit.

Quem ille non cunctatus offerre, cum arae puerum super posuisset, gladiumque educeret, vox missa de coelo est, puero ut parceret: victimae (loco) aries praesto fuit. Consummatoque sacrificio, Abrahamo Dominus locutus est, promittens ea, quae spoponderat.

III. Iobi Patientia.

Ante C. N. plus minus 1521.

(*Patientia in adversis, et eius remuneratio.*)

Hoc tractu temporum Iobus fuit, lege naturae et agnitionem Dei, et omnem iustitiam complexus, praedives opibus; atque eo illustrior, quod his neque integris corruptus, neque amissis depravatus est.

Nam cum per diabolum exutus bonis, filiis etiam esset orbatus; ad extremum diris ulceribus adfectus, non potuit vinci, ut prae doloris impatientia aliqua in parte peccaret. Mercedem denique divini testimonii consecutus, sanitati redditus; omnia, quae amiserat, in duplum recepit.

IV.

IV. Prodigiosa populi Israelitici ex Servitute aegyptiaca liberatio. Ante C. N. 1488.

(Non sunt irritae, si recte fiant, ad Deum preces.)

Hebraei, multiplicato servitutis malo pressi, querelis in coelum conversi, spem auxilii a Deo exspectabant. Tum Moysi, pascenti oves, repente rubus ardere visus est, flammis tamen, quod erat mirabilius, innoxiis.

Qua novitate obstupefactus, rubo propius accesit, statimque ad eum istiusmodi fere verbis Deus locutus est: Dominum se esse Abrahami, Isaaci, et Iacobi, quorum progeniem, aegyptiorum dominatione depressam, ereptam malis cupiat; iter ergo susciperet ad regem Aegypti, ducemque se populi in libertatem restituendi, praestaret.

Cunctantem potestate confirmat, virtutem ei signorum faciendorum impertiens. Ita Moyses in Aegyptum profectus, signis prius apud suos editis, adsumto fratre Aarone, Regem adiit: missum se a Deo prodit, verbisque Dei se dicere, populum Hebraeum uti dimitteret.

At ille, negans se Dominum nosse, parere imperio abnuebat. Cumque Moyses in testimonium mandatorum Dei, ex virga draconem fecisset: moxque aquas omnes in sanguinem convertisset; totamque terram ranis opplesset: facientibus similia Chaldaeis, magicas esse artes, quaecunque per Moysem fierent, potius, quam Dei virtutem (rex) pronunciabat. Donec superductis cinipbibus terra oppleta est; Chaldeis fatentibus, Maiestate divina ista fieri.

Tunc rex, malo coactas, advocato ad se Moyse, et Aarone, dat populo discedendi pote-

te-

testatem, modo ut superductam cladem averterent.

Sed ubi clades exemta est, impotens sui animus in se reversus, exire ut convenerat, Israelitas non patiebatur. Ad extremum decem plagis corporis, et regni sui contusus, et evictus est. Sed pridie, quam Aegypto populus est egressus, mandatis Domini instruitur, rudis adhuc temporum; mensem illum, qui tunc erat, primum omnium mensium esse, cognosceret.

Sacrificium autem diei illius in solemnitatem consequentium seculorum ita esse celebrandum, ut quarta decima die mensis agnus immaculatus, anniculus, victima caederetur, eiusdem sanguine postes illinirentur. Carnem penitus exedendam, os autem non conterendum. Septem diebus fermento abstinerent, azymis uterentur, ritumque hunc posteris traderent.

Ita populus egressus dives suis copiis, et Aegypti spoliis cumulatior; cuius numerus ex quinque et septuaginta Hebraeis, qui primum in Aegyptum descenderant, ad millia virorum sexcenta pervenerat.

Igitur propere egressis, columna nubis interdiu, noctu columna ignis praeferebatur. Sed cum, ob interiectum sinum rubri maris, praeter terram Philistinorum via duceret; ne postea Hebreis, eremum aspernantibus, redeundi in Aegyptum, continentibus terris, et noto itinere facultas panderetur, nutu Dei aversi, in rubrum mare illata sunt, castraque ibi cunctantes constituerent.

Quod ubi regi nunciatum est, Hebraeum populum viae errore in obiectum mare devenisse, nullum ei esse exitum, obsistente elemento; furens animi, quo agebantur, tot hominum millia regno suo, et potestati decedere, exercitum propere educit,

Iam-

Iamque eminus arma, signaque, et protentae patentibus late campis acies visebantur; cum, Hebraeis metu trepidis, et coelum adspectantibus, Moyses a Deo monitus, percussum virga mare discidit. Ita populo, cedentibus in latera aquis, velut in continenti iter pervium fuit.

Nec cunctatus rex Aegyptius cedentes insequi, mare, qua patebat, ingressus, mox coeuntibus aquis, cum omni exercitu delectus est. Tunc Moyses incolumitate suorum, exitio hostium, virtuteque exsultans, canticum Domino cecinit, idemque omnis turba virilis, ac muliebris sexus fecit.

EX PERIODO IV.

V. (Mirabiliter pascit populum in deserto Deus, et immodicam cupiditatem plectit.)

Manna de coelo populo datur. Anno ante C. N. 1488.

Populus famem conquerens, Moyses increpabat, Aegypti servitium cum saturitate ventris desiderans. Tum grex coturnicum superne missus castra opplevit.

Postero autem die animadverterunt, qui extra castra processerant, parvis quibusdam siliquis oppletum solum; quarum species in modum coriandri seminis glaciali albedine erat, ut crebro hibernis mensibus, superductis pruinis, tegi terram videmus.

Tum per Moysen populus admonetur, panem hunc eis munere Dei missum esse: unum

quem-

quemque in id paratis vasculis tantum usurpare debere, quantum in diem unum, pro numero, singulis satis esset: sexto tantum die, quia Sabbato, colligi non liceret, duplum praesumerent.

Verum populus, ut semper, parum dicto audiens, more humani ingenii, non refraenavit cupiditatem, ex reconditis in posterum quoque diem consulens. Sed reposita foetore diro in vermes effervescebant, cum die sexto in Sabbatum reservato, integra permanerent. Hoc Hebraei per quadraginta annos cibo sunt usi: cuius sapor melli proximus; nomen *Manna* traditur.

VI. Pugna contra Amalecitas. Anno ante C. N. 1488.

(Precibus magis, quam armis victoria obtinetur.)

Amalecitae populum incursionibus vastabant. Moyses suis in praelium eductis, cum Iosuem bellantibus praefecisset, adsumto Aarone, et Hur, spectator pugnae futurus, simul precandi Dominum gratia, montem conscendit. Sed, cum dubio eventu acies concurrissent, Moysis precibus victor Iosue, hostes in noctem cecidit.

VII. Populus adversus Moysen rebellat. Anno ante C. N. 1492.

(Sceleri adversus Principes poena comes.)

Exploratoribus in (terram Chanaan) missis, renunciatur felicem omni copia esse regionem; sed gentes validas, et munita ingentibus muris oppida.

Quod ubi populo compertum fuit, magna mentes omnium formido incesserat, eoque mali

ven-

ventum est, ut spreto Moysis imperio, ducem sibi constituere pararent, cuius ductu in Aegyptum reverterentur.

Tum Iosue, et Caleb, qui inter exploratores terrae fuerant conscissis vestibus flentes populum obtestantur, ne exploratoribus credant, formidolosa referentibus: se quoque una cum his fuisse, nihil metuendum in solo illo reperisse; promissis illos Dei confidere oportere: hostes praedae potius, quam exitio fore.

Sed gens indomita, sanis consiliis male renitens, in perniciem eorum ferebatur. Queis rebus commotus Dominus, partem populi hostibus caedendam obiecit. Exploratoribus interfectis ad vulgi formidinem, secuta est eorum contumacia, qui se Dathane, et Abirone ducibus, adversum Moysen, et Aaronem eripere conati sunt.

Sed eos vivos hiatu suo terra absorbuit. Nec multo post, totius populi in Moysen, et Aaronem orta seditio est, adeo: ut tabernaculum (quod erat nefas, nisi Sacerdotibus introire,) irrumperent. Tum vero catervatim in eos grassata mors est, momentoque omnes interissent, nisi Moysis precibus placatus Dominus cladem avertisset.

VII. Sauli a Deo reiecto, David sufficitur. Anno ante C. N. 1074.

(*Mandati divini neglectus poena.*)

Samuel a Domino monitus, regem (Saulem) adiit verbis Domini nuncians, ut genti Amalecitarum, quae olim Hebraeos ex Aegypto venientes transitu prohiberat, bellum inferret; addito interdicto, ne quid ex spoliis devictorum concupisceret.

Ita in fines hostium ductus exercitus; rex captus; gens subacta: Saul victus praedae magni-

gnitudine, praecepti Domini immemor, capta servari, et ferri iubet.

Quo facto offensus Dominus, Samuelem, adloquitur; poenitere se, quod Saul regem constituerit: dictum Sacerdos regi refert: Mox a Domino monitus, Davidem regali ungvento perlinit, parvum etiamnum puerum, sub patre agentem, pastorem ovium.

IX. David Goliathum occidit. Anno ante C. N. 1873.

(*Adiutore Deo a parvis etiam magnae res aguntur.*)

Qua tempestate Allophylis, atque Hebraeis bello flagrantibus, cum ex adverso acies constitissent, Goliath quidam ex Allophylis vir mirae magnitudinis, et roboris, suorum ordines praetergressus, ferocibus verbis probra in hostes iaciens, singularem pugnam ciebat.

Tum rex magna praemia, et filiae nuptias despondit, si quis provocantis spolia retulisset. Sed nemo ex tanto agmine adgredi audebat.

Igitur David etiamnum puer, pugnae se obtulit; reiectisque armis, quibus infirma aetas gravatur, virga tantum, et quinque lapidibus sumtis, in praelium processit, primoque ictu, misso funda lapide Allophylum perculit, caput victi, et spolia abstulit; gladium postea in templum posuit. Allophyli autem omnes in fugam versi, victoriam concessere.

X. Absolon adversus Patrem arma capit. Anno ante C. N. 1026.

(*Impietatis in Patrem detestabile exemplum, et funestus exitus.*)

Absolon filius arma impia adversus patrem sustulit, regno eum depellere cupiens. Adversus

sus hunc Ioabus acie conflixit, admonitus a rege, ut victo parceret. Sed ille, spreto imperio, parricidales conatus ferro ultus est.

EX PERIODO V.

XI. Daniel Gentilium cibos aspernatur Anno ante C. N. 589.

(*Abstinentia a cibis lege vetitis Deo chara, acceptaque*)

Daniel sub rege Ioachimo captus, deductusque Babyloniam parvus admodum puer: postea ob elegantiam vultus, inter ministros regios adsumtus, unaque cum eo Ananias, Misal, et Azarias.

Sed cum eos rex delicatioribus cibis curari praecepisset, idque negotii Asphanaeo (cuidam) dedisset. Daniel paternarum traditionum memor, ne ex mensa regis Gentilium cibis participaret, poposcit ab Asphanaeo, ut leguminibus tantum uterentur. Caussante Asphanaeo, ne dissimulatum imperium regis consecutura macies proderet; Daniel Domino fretus, pollicetur, maioris decoris sibi vultus ex leguminibus, quam ex cibis regiis fore.

Fidesque dictis adfuit, ita ut minime eorum vultus comparabiles haberentur, qui imperialibus impendiis procurabantur. Igitur a rege in honore, et gratia adhibiti, prudentia, et disciplina brevi omnibus regis proximis antelati.

Monitum. Ne Praeceptor hic negligat confirmare adolescentulos adversum eos, quibus statuta religionis, nulla alia, quam unctioris Offulae causa, violare non est religio.

EX PERIODO VI.

XII. Gloriosa pro patriis legibus mors. A. ante C. N. 171.

(Antiochus) sacram legem evertere adgressus, mittit edictum: ut omnes, relictis maiorum suorum traditionibus, gentilium ritu viverent. Nec defuere, qui profano imperio volentes parerent. Tum vero, foedum spectaculum! per universam urbem palam, in plateis, diis litabatur: sacra etiam legis, et Prophetarum volumina igni cremata.

Ea tempestate Mathathias, Ioannis filius, Sacerdos erat. Hic cum a regiis cogeretur edicto parere, egregia constantia profana contemnens, Hebraeum publice profanantem, in conspectu omnium iugulavit. Tum demum, reperto duce, facta secessio est.

Mathathias, oppido egressus, multis ad eum confluentibus, speciem iusti exercitus effecerat; queis omnibus destinatum erat, adversus profanum imperium se armis tueri, et in bello potius occumbere, quam impias ceremonias exercere.

Interea Antiochus, per Graecas quoque urbes, quae in illius imperio erant, repertos Iudaeos sacrificare cogerat, inauditisque cruciatibus reluctantes adficiebat.

Qua tempestate illustris illa passio septem fratrum, matrisque fuit, qui omnes, cum legem Dei, et instituta maiorum violare suppliciis cogerentur, mori maluerunt. Ad extremum poenas mortesque eorum comitata mater est.

SYLLABUS

PRIMITIVORUM

II. ORDINIS.

IN USUM

II. GRAMMATICES

STUDIOSORUM.

MONITUM AD PRAECEPTORES.

Posteaquam tirones I. Grammatices id, quod preposita ibi methodo facile consequentur, e libello sibi tradito Linguae Latinae, fertilitatis et usus maioris didicerunt, et repetendo memoriae impresserunt, atque eorundem usum crebra exercitatione sibi familiarem reddiderunt: inchoatum latinitatis aedificium, puerique ad Primitiva rarioris usus, et vocabula origine quidem Graeca, sed iam Civitate Latina donata, quae sequenti Syllabo II. Ordinis continentur, discenda, perurgendi erunt. Ampla vocum primitivarum Supellectile instructi duas palmares utilitates consequentur: primo citius, deinde melius pleniusque Linguam Latinam condiscent.

Citius *quidem; et enim si quae de praepositionum in compositis potestate, ac derivatorum terminationibus vernaculis in adnexa hic* Praevia Instructione, *proponuntur, probe teneant pueri, ex unius primitivi notione intelligent quam plurimas, et e significato, e. g. voculae* ago *facile divinabunt sexaginta amplius, seu compositarum, seu derivatarum*

vo-

vocum significata. Certe periculo facto compertum est, placere sibi pueros, et velut de inventionis aliqua laude sibi blandiri, si ex unius intellectione tot vocum notiones sibi subnasci videant, nec metuendum, ne lectione hac ad caeteras e praescripto Systematis Litterarii ediscendas Studiorum materias supra vires onerentur. Memoria, qua puerilis aetas valet, excolenda est maxime, nec alia exercitatione acuetur utilius, ac confirmabitur. Usus docebit intra biennium Grammaticum non tantum Primitivo utriusque ordinis, commode a tirunculis exhauriri, sed derivatorum etiam ac compositorum notiones adhibita industria, et Methodo illa, quae in percipiendis I. ordinis Primitivis pro I. Grammatica commendata est, condisci posse.

Melius, pleniusque *discetur latinitas, Radicum vestigatio Etimologiam, Origines, caussasque intimas vocum, et Philosophicam quandam Grammaticam continet, sine quo praesidio nemo unquam latinitatis perfectionem adeptus est. Quin proprietatem sermonis, ac singularem quampiam vocum singularum Syntaxim suggerit, ad intelligendos Auctores Classicos facem praefert, Grammaticas Regulas illustrat, nec in superficie duntaxat haeret, ut ii, qui herbarum, piscium, avium etc. Syllabis memoriam onerant.*

PRAE-

PRAEVIA.

INSTRUCTIO TIRONUM LATINAE LINGUAE.

Quid sunt Radices? ℞. Radix, radicis, significat *Gyökér*, Wurzel, Koren, Koren, *Koren*, qui ex unica eiusmodi *radicali voce* aliarum vocum copia oritur; uti: ex radice truncus, cortex, folia, et fructus excrescunt.

Vocantur etiam *Primitiva*, *Primigenia*, *ex se orta*, id est *voces radicales*, quae a nulla alia voce latina oriuntur, a quibus vero multa derivantur.

Quae ergo voces oriuntur a Primivis? ℞. Compositae, et Dervatae.

Quid sunt Compositae? ℞. Sunt illae voces, quae ex praepositione, vel alia parte orationis, et *radicali voce* componuntur v. g. *Clamo*, *exclamo*, *inclamo*, *reclamo*; ex Praepositionibus *ex*, *in*, *re*. *Aedifico*, ex *facio*. *Magniloquus*, ex *magnus*, et *loquor*.

Quid sunt Derivata? ℞. Quae sine appositione alterius vocis cum mutatione ultimae, vel plurium Syllabrum a *primitiva*, *et radicali voce* derivantur. Ab *Aequo* venit: *aequatio*, *aequator*, *aequalis*, *etc*.

Primus Modus ex significatione Primitivi significationem Derivatorum cognoscendi.

De Derivatis Substantivis Verbalibus.

A Plurimis Latinis Verbis derivatur Substantivum, quod actionem verbi significat, quapropter etiam haec species Substantivorum in omni lingua fortissima est.

Haec

Haec in Latino a Supino formantur; mutantque *um in io.* v. g. Scribo. Scriptum, scriptio. *Irás* Eine Schreibung. Pjſanj. Piszanye. *Pisanje.* Haec in Hungarico communiter desinunt in *as*, vel *és*, *ni* infinitivi mutato: in *ás*, vel *és*; quae in iis tamen vocalem habent ante *ni*, *ni* duntaxat vertitur in *s*. In Germanico vero in Syllabam ung. In Slavico vero in Syllabam oſt, vel ánj, In Slavonico vero in anje vel enje. In Croatico vero in *anye vel enye.*

Aestimo - atum, aestimat - io. *Betsülés.* Die Schätzung. Powážnoſt. Proshtimayanje v. Cinjenje. *Prestimavanye v. Czenenye.*

Moneo itum, monit - io. *Intés.* Die Ermahnung. Napominánj. Opominjanje. *Opominanye.*

Lego - ctum, lect - io. *Olvasás.* Die Lesung. Čitanj. Shtitanje *Chitanye v. chtenye.*

Sic: Munitio, auditio, precatio, populatio, petitio, divisio, donatio, adoratio, fractio, turbatio, verberatio, creatio etc.

2do Non pauca verbalia mutant *um* Supinum in *us* quartae Declinationis, v. g.

Moveo tum, motus. *Mozditás.* Die Bewegung. Hybanj. Gibanje. *Gibanye.*

Nato - atum, natatus. *Uszás.* Die Schwimmung. Plawanj. Plivanje. *Plavanye.*

Dominor atum, dominatus. *Uralkodás.* Die Herrschung. Panowánj. Goszpodovanje. *Gozpodovanye.*

Sic: Saltus, risus, circuitus, lusus, pastus, coniectus, raptus, iussus, nexus, cultus, pressus, tritus, flexus, gemitus, garritus etc.

3tio. Alia formantur a secunda Persona Temporis Praesentis, mutantque *s* in *mentum*, vel *men*; v. g.

Levo - as, levamentum. *Könnyebbités.* Linderung. Polechčenj. Dizanje v. polashnjicza. *Diganye, polehchisza.*

Orno - as, ornamentum. *Fel - ékesítés.* Zierung. Ozdobenj. Kitlenje. *Kinchenye.*

Incito - as, incitamentum. *Izgatás.* Antreibung. Pozbuzowánj. Podbunjenje. *Duszenye.*

Sic:

Sic: Blandimentum, nutrimentum, experimentum, delectamentum, detrimentum, vestimentum, velamentum. In *en*: lenimen, levamen, tegimen, examen, tentamen, munimen etc.

410. A memoratis Verbalibus in *io*, quae actionem verbi significant, non pauca personam agentis significantia derivantur: *io*, in *or*: in Hungarico *és* vel *ás*, in *ő* vel *ó* mutato: in Germanico vero in er; in Slavico vero in nik, vel tel, vel ár, v. g. In Slavonico aliquando *anje* v. *enje* mutatur in *oc* et in *telj*. In Croatico aliquando in *enye*, in *vecz*, aliquando desinenti *az* vel *ik*, v. g.

Aestimatio, aestimator. *Betsülő*. Der Schätzer. Pomaztedlnik. Proshtimavanje — Proshtimavaoc. *Prestimavanye*, *czenitel*.

Monitio, monitor. *Intő*. Der Ermahner. Napominatel. Opominjanje — Opomenitelj. *Opominanye*. *opomenitely*.

Lectio, lector. *Lá Olvasó*. Der Leser. Čtenár. Shtienje Shtioc. *Chtanye*, *Chtejecz*.

Sic: Accusator, motor, piscator, delator, tonsor, sculptor, pictor, aedificator, auditor, petitor, divisor, turbator, nugator, populator.

Notandum, communiter quidem haec Verbalia Substantiva in idiomate Hungarico in *ás*, vel *és*, desinere, hac tamen lege: ut aliqua ante *ás*, vel *és*, *u* vim consonantis habens interponant, ea nimirum, quae ante *ás*, vel *és* Vocalem haberent; vel Vocalem illam praecedentem, aut plane omittant, aut in Consonantem vertant, ut: *Aluszom*, *alunni*, *aluvás*, vel *alvás*; quod natus, et paulo ingeniosior Hungarus adolescens ex idiomate materno facile advertet.

De Derivatis Substantivis Nominalibus.

A plerisque Adiectivis derivantur Substantiva, quae casui in *i*, *tas* adiiciunt; estque haec species Nominalium in omni idiomate frequentissima.

Haec

Haec nominalia in Hungarico desinunt communiter in *ág*, vel *ég*, in Germanico in heit, vel keit, in Slavico vero in ost, nj, v. g. In Slavonico desinunt plerumque in *ost*, v. *na*. In Croatico desinunt plerumque in *azt*, aliqua in *cha*, *cza*, etc.

Acerbus, acerbi-tas. *Savanyúság*. Die Bitterkeit. Trpkost. Gorkost, v. Gorcsina. *Terpkocha*.

Aequus, aequi-tas. *Közigazság*. Die Billigkeit. Sprawedliwost. Jednakost, v. Pravednost. *Jednakozt*, *Pravicza*.

Aeternus, aeterni-tas. *Örökké valóság*. Die Ewigkeit. Wečnost. Vikovitost. *Vekivechnozt*.

Sic: Sanitas, brevitas, levitas, veracitas, procacitas, lenitas, veritas, foeditas, vanitas, felicitas, varietas, docilitas, largitas, caecitas, bonitas, etc.

2do. Aliqua post *i* assumunt *tudo*, v. g.

Pulcher pulchri-tudo. *Szépség*. Die Schönheit. Krása. Lipota. *Lepota*.

Aeger, aegri-tudo. *Betegség*. Die Krankheit. Nemoc. Bolest. *Boleznozt*.

Clarus, clari tudo. *Tisztaság*. Die Klarheit. Gasnost. Bistrina, v. Glasovitost. *Biztrocha*, *chiztina*.

Sic: Turpitudo, valetudo, consuetudo, amplitudo, lentitudo, multitudo, habitudo, fortitudo, etc.

3tio. Alia post *i* recipiunt *tia*, seu desinunt in *ia*.

Moestus moesti-tia. *Szomorúság*. Die Traurigkeit. Truchliwost. Xalost. v Tuga. *Salozt*.

Saevus, saevi-tia. *Kegyetlenség*. Die Grausamkeit. Ukrutnost. Priljutost, v. nemilo ljut. *Prelyutozt*.

Piger, pigri-tia. *Restség*. Die Faulheit. Leniwost. Linost. *Lenozt*.

Sic: Stultitia, duritia, astutia, malitia, nequitia, tristitia, notitia, peritia, iustitia; etc. In *ia*, Miseria, invidia, lascivia, etc.

4to. Aliqua quae ab Adiectivis vel particpiis in *ns*, oriuntur, mutant *s* in *tia*, v. g.

De

Demens, demen - tia. *Esztelenség.* Die Unsinnigkeit. Blázniwost. Ludost v. Budalashtina. *Bludnozt.*

Constans, constan - tia. *Álhatatosság.* Die Beständigkeit. Stálost. Stalnost. *Ztalnozt.*

Excellens, excellen - tia. *Fellyebb - haladás.* Die Vortrefflichkeit. Prewissenost. Uzvishenost. *Zvishenozt.*

De Derivatis Adiectivis Verbalibus, et Nominalibus.

Primo: Adiectiva Verbalia in *bilis*, et Nominalia in *lis* desinunt in Hungarico in *ós*, *es*, *ő*, *ű*, et *i*. In Germanico in lich In Slavico vero in y. Ac in Negativis in Hungarico in *lan*, *vel len*, *in* Germanico praeposita negatione un, in Slavico vero ne; In Slavonico in *en*, *ni*, *ljiv*, *ki*. In Croatico in, *en*, *ni*, *liv*, *ki*, v. g.

Amo, as, ama - bilis. *Kedves.* Der, die, das, lieb-lich. Milý. Ljublfen. *Lyublen.*

Opto, as, opta bilis. *Kivánatos.* Der, die, das erwünschlich. Žadostiwý. Xelui. *Selni.*

Tolero, as, tolera - bilis. *Szenvedhető.* Der, die, das erträglich. Trpezliwý. Podnosliv. *Podneszliv.*

Video, vides, visi bilis. *Látható.* Der, die, das sichtbarlich. WiBitedlný. Vidljiv. *Vidliv.*

Nuptialis. *Lakadalmi.* Hochzeit-lich. Swadebný. Svadbeni. *Szvadbeni.*

Virginalis. *Szüzi.* Jungfräu-lich. Pannenský. Divojacski. *Divojachki.*

Sacerdotalis. *Papi.* Priester - lich. Knězský. Misnicski. *Vidliv.*

Sic: Aestimabilis, execrabilis, utilis, facilis, credibilis, nobilis, sensibilis. flexibilis. immutabilis, aestimabilis. *Meg - betsülhetetlen.* Unschätzbar - lich. Nepowažitedlný. Horribilis, mirabilis. etc.

2do. Adiectiva a Substantivis in *or*, agentis Personae provenientia, addunt *ius*; et desinunt Hungarice in *ő*, aut addunt *való*, Germanice in isch, Slavice vero in cý, desinunt apud Slavonitas in *chi*, apud Croatas, caeterosque Illyros in *chi*, v. ki, ut:

Ae-

Aestimator, aestimatorius. *Meg-betsülésre való.* Schätzer-isch. Poważugicy. Proshtimavajuchi v. procinujuchi. *Prestimavajuchi.*
Monitor, monitorius. *Intö.* Ermahner-isch. Napominagicy. Opominjajuchi. *Opominajuchi.*
Accusator, accusatorius. *Vádolásra való.* Klager-isch. Žalugicy. Tuxechi. *Tusechi.*

Sic: Piscatorius, tonsorius, sculptorius, pictorius, aedificatorius, auditorius, petitorius, divisorius, nugatorius, populatorius, etc.

3*tio*. Adiectiva in *osus*, communiter terminantur in *is*, *és*, *ós*, prouti fere vocalem in ultima Syllaba primitiva habuere; in Germanico in ich, vil icht, in Slavico vero in y, apud Slavonitas in *azt*, v. *it*, apud Illyros terminantur in *azt*, *at*, *it*, *in*, etc. v. g.

Mons, montosus. *Hegyes.* Der, die, das Berg-icht. Wrchowitý. Berdo, Berdovit. *Gora*, *Gorazt.*
Saxum. saxosus. *Köszikläs.* Der, die, das Stein-icht. Skalnatý. Kamen, kamenit. *Kamenit.*
Ventus, ventosus. *Szeles.* Der, die, das Wind-icht. Wěterný, Wětrowný. Vitar, Vitrovit v. Vitrast. *Vetrazt.*

Sic: Annosus, iocosus, caenosus, villosus, nervosus, formosus, nodosus, vinosus, dolosus, frondosus, gloriosus, tumultuosus.

4*to*. Aliqua Adiectiva Verbalia; quae *o* verbi in *ax* mutant, communiter desinunt in *ó*, *ő*, vel *ós*, in Germanico in isch, vel haft, in Slavonico vero diversimode, comuniter desinunt apud Slavonitas in *chi*, *en*, *ljiv*, *an*, et *it*, apud Illyros in *chi*, *liv*, *v. lyiv*, v. g.

Pugno, pugnax. *Hadakozó.* Der, die, das streiter-isch. Bojowný. Vojujuchi. *Vojujuchi.*
Procor, procax. *Szóval hizelkedö*, *faitalan.* Der, die, das buhler-isch. Chlipny. Prokshen. *Prókshem*, *neszramin.*
Voro, vorax. *Nyelö faló.* Der, die, das fresser-isch. Žrawý. Proxderl iv. *Poserliv.*
Vivo, vivax *Tartós*, *sokáig élö.* Der, die, das lebhaft. Stály, dlubo žicy. Xivotan. *Sivoten.*

Nu-

Nugor, nugax. *Hazudozó, szó-szaporító.* Der, die, das Possen-haft. D. ʒemný ʒwáč. Shaljiv. *Shalen, Zmeshan.*

Verus, verax. *Igaz-mondó.* Der, die, das wahrhaft. Prawdu mluwicý. Istinit. *Iztinit.*

Sic: Loquax, dicax, fugax, sternax, fallax, petax, bibax, ferax. etc.

De Adverbiis.

A plerisque adiectivis derivantur Adverbia, desinuntque in *e, o, um, iter; ter, us.* et in Hungarico in *ül, úl, an, én.* In Germanico nihil mutant. In Slavonico desinunt fere omnia in *o*. In Illyrico seu Croatico desinunt fere omnia in o.

Adiectiva secundae Declinationis mutant *us* in *e, o, ter.* v. g.

Sanctus sancte. *Szentül.* Heilig. Swaté. Sveto. *Szveto.*
Malus, male. *Foszszúl.* Uibel. Zle. Zlo. *Zlo.*
Longus, longe. *Hoszszan.* Lang. Dluho. Dugo. *Dugo.*

Sic: Obscure, solide, solicite, varie, vere, venuste, aeque, clare, caste, blande, etc. In *o*, multo, sero; extremo. In *ter*, duriter, humaniter, etc.

Adiectiva tertiae Declinationis casui in *i*, addunt *ter*, v. g

Lenis, leni-ter. *Engedelmesen, halkan.* Gelind, Tiffe. Krotko. *Tiho, krotko.*

Gravis gravi-ter. *Nehezen.* Schwer. Obtižně. Teshko. *Tesko.*

Fortis, fortiter. *Erösen.* Stark. Mocně. Jako. *Jako.*

Sic: Breviter, acriter, audacter, solerter, inaniter, ferociter, sapienter, festinanter, diligenter, suaviter, comiter, atrociter, etc.

II. Modus dignoscendi significationes Compositorum.

De Singularibus Praepositionibus.

A vel ab significat aliquid auferre, vel demere; in Hungarico *el*, subintellecto *töl* vel *töle;* in Germanico nihil mutat; in Slavonico vero od. Apud Slavonitas *od*. Apud Croatas *od* v. g.

Duco. *Vezetem, viszem.* Odvadjam. *Odvadyam*, abduco, *Vezetem, viszem.* Ab= oder hin=weg=führen. Odwážam. Od vodim. *Od-vodim.*

Rado. *Nyirem.* Sastruxujem. *Odztrugujem*, ab-rado *El-nyirom.* Ab-, oder hinweg=scheren. Odsstrabugem. Od struxem. *Od-ztrusem.*

Ago. *Hajtom.* Odtiravam. *Odganyam*, ab-igo. *Hajtom.* Ab=oder hinweg=treiben. Odhánam. Od csjnim, tiram. *Od-chinim, gonim.*

Ad significat *Hozzá; reá, mellé, hoz.* Hinzu, zu an deren. Pri, ku, na, nad. Pri, uz. *Pri, na, de.* v. g.

Duco. *Vezetem, viszem.* Yodim. *Pelijam*, ad-duco. *Hozzá vezetem.* An= oder zu=führen. Priwážam. Privodim. *Pripelyavam.*

Numero. *Számlálom.* Broim. *Broim*, ad-numero. *Hozzá számlálom.* An oder zuzehlen. Precitugem. Pribrajam. *Pribrajam.*

Scribo. *Irok.* Pishem. *Pishem*, ad-scribo. *Hozzá-irom.* An= oder zu=schreiben. Pripisugem. Pripisujem. *Pripishujem.*

Necto. *Kötöm.* Pletem. *Pletem*, ad-necto. *Hozzá-kötöm.* An= oder zu=heften. Priwazugem. Priplitchem. *Pripletam.*

Spiro. *Lehelek.* Dishem. *Dishem*, ad-spiro. *Reá-lehelek.* An= oder zuhauchen. Pridychám. Uzdichavam v. uzdishem. *Pridichavam.*

Sto. *Állok.* Stoim. *Ztoim*, ad-sto. *Mellé-állok.* An= oder zu=stehen. Pri něm stogjm. Pristajem. *Priztajem.*

Mutant *d* ante *e, f, l, p, r, s, t.* in similem litteram; e. g. adcurro, accurro, etc. Adficio, afficio etc.

Ante.

Ante, *Elöl.* Vor. Pred, pre. Prid. *Pred.* retinet perfecte suam significationem v. g. Ante-eo. *Elöl 'megyek.* Vorgehen. Predcházym. Naprida idem. *Napred idem.* Antesto. *Elöl ál ok.* Vorstehen. Predstogjm. Naprid stoim. *Predztoim.*

Circum. *Körül, környül.* Um, herum. Okolo. Okol. *Okolu.* v. g. Circum-eo. *Körül-járok.* Umgehen. Okolochodjm. Obilazim v. okolo idem. *Obhajam.* Circum-sto. *Környül-állok.* Um-herum-stehen. Okolo stogjm. Okolo. stoim. *V-okol, okolu ztoim.*

De. *El, le, meg.* Von, heißt in Compositis ab. Od, dole, z. Od. *Od, dole* v. g.

Cedo. *Helyt, adni, menni.* Odpusheham *Odpuscham.* de-cedo. *El-megyek.* Ab-weichen. Odcházym, od stupugem. Odilazim. *Odhadyam.*

Cado. *Esem.* Padam. *Padam.* de-cido. *Le-esem.* Abfallen. Odpadugem. Odpadam. *Odpadam.*

Flagro *Egek.* Gorim. *Gorim,* de-flagro. *Meg-égek.* Ab-brennen. Odhoram. Odgaram. *Odgarjam.*

E, vel *ex,* idem est, ac. *Ki.* Aus, oder, heraus. Wy, od. Iz, od. *Is, od, van.* ex. gr.

Pello. *Üzöm.* Tiram. *Tiram.* ex-pello. *Ki-üzöm.* Aus-treiben. Wyháňjm. Iztiravam. *Iztiravam.*

Pingo. *Irom.* Maljam. *Malam,* ex-pingo. *Ki-irom.* Ausmahlen. Wymalugem. Izmaljam. *Izmalam.*

Pono. *Tészem.* Postavljam. *Poztavlyam,* ex-pono. *Kitészem.* Auslegen. Wykládam. Isztavlyam. *Vandevam.*

Haurio. *Meritek.* Grabim. *Grabim,* ex-haurio. *Kimeritem.* Aus-schöpfen. Wyžirám, wypjgám. Izgrabljujem. *Izgrabujem.*

In habet in verbis significationem *bé,* vel *meg.* Ein. We, za, w, z. U. *Vu, v.* e. g.

Duco. *Viszem.* Vodim. *Peljim,* in-duco. *Bé-viszem.* Ein-führen. Wewádzám. Uvadjam. *Vpelyavam.*

Scribo. *Irok.* Pishem *Pishem,* in-scribo. *Bé-irom.* Ein-schreiben. Wpisugem, zapisugem. Upisujem. *V-pishujem.*

Necto. *Kötöm.* Pletem *Pletem.* in-necto. *Bé-kötöm, öszve-kötöm.* Einheften. Wpletugem. Uplitjem. *V-pletavam.*

Flecto. *Hajtom.* Saviam. *Zviam.* in-flecto. *Meg-hajtom, bé-hajtom.* Einbiegen. Zkrywugem, zhybugem. Uviam. *V-zviam.*

In

In Nominibus significat defectum, vel privationem, desinuntque in *lan*, vel *len*; et tunc Germanice significat. Un. Slavice vero Ne. Slavonice. *Ne*. Croatice *Ne*. e. g.

Doctus. *Tudós*. Ucsen. *Vuchen*, in-doctus. *Tudatlan*. Ungelehrt. Neučený. Nenaucsan. *Nevuchen*.

Scitus. *Kellemetes*. Prikladan. *Prikladen*, in - scitus. *Kellemetlen*. Ungeschickt. Neweďomý. Neprikladan. *Neprikladen*.

Commodus. *Alkalmatos*. Prilicsan. *Prilichen*, in commodus. *Alkalmatlan*. Unbequem. Neprilezitny. Neprilicsan. *Neprilichen*.

Credibilis. *Hihető*. Virovau. *Veruvliv*, in - credibilis. *Hihetlen*. Un-glaublich. Neweřitedlný. Novisovan. *Neveruvan*.

Mutat *n*, ante *m*. *l*. *r*, in similes literas; ante *b*. *p*, in *m*.

Inter. *Köz*, *között*. Unter. Mezy. Medjü. *Med*. retinet suam significationem, v. g. Inter - curro. *Közibe futok*. Unterlaufen. Mezy tjm bežjm. Medjutercsim. *Med derchim*. Inter - volo. *Közibe repülök*. Unterfliegen. Mezy tim letjm. Medjuletim. *Med letim*.

Ob. *Miátt*, *azért*, significat. *Ellene*, *környül*. Gegenüber, dargegen, darüber, wider. Pre, za, okolo, proti. Zbog, v. suprot, v. o, v. okolo. *Zato*, *proti*, *okolo*, v. g.

Loquor. *Szólok*. Govorim. *Govorim*. ob - loquor. *Ellene szólok*. Widersprechen, dargegen reden. Proti těmu mluwjm. Odgovaram, v. suprotgovorim. *Preti govorim*.

Nitor. *Igyekezem*. Nastoim. *Terszimsze*, ob - nitor. *Ellene igyekezem*. Dargegen - streben. Proti tomu se vsylugem. Suprot stajem. *Szuprot terszimsze*.

Equito. *Lovaglok*. Jashim. *Jashem*, ob - equito. *Környül lovagolok*. Dargegen - reuten. Okolo na koni chodim. Okolo jashim. *Okolu jashem*.

Mutat *b* ante *c*, *f*, *p*, in similes literas, v. g. ob-curro, oc-curro, etc.

Per. *Által*. Durch. Do, pre, z, nasskrz, pri, etc. Pre, etc. significationem suam retinet; idemque est, ac aliquid perficere, perfecte finire. v. g.

Lego, *olvasok*. Shtijem. *Chtejem*, per - lego. *Által olvasom*. Durchlesen. Prečitugem. Prishtivam. *Prechtejam*.

Rum-

Rumpo. *Szaggatom.* Tergam. *Tergam.* per-rumpo. *Által szaggatom.* Durch-brechen, Pretrhugem. Pritrzujem. *Pretergavam.*

Meo. *Járok.* Idem. *Idem.* per-meo. *Által járom.* Durch-gehen. Prechážam. Prilazim. *Predhadyam.*

Frango. *Töröm.* Tarem. *Terem.* per-fringo. *Által töröm.* Durch-brechen. Prelamugem. Priklidam. *Preterujem,*

In Nominibus significat *per Igen.* Sehr. Welmi, welice. Pri v. kruto. *Jako, kruto.* v. g. Suppletque Superlativum. Per-doctus. *Igen bölts, igen tudós.* Sehr gelehrt, ꝛc. Welmi mudry, welmi včeny, ꝛc. Priucsan. *Jako vuchen.* Uti etiam in Verbis v. g. Per-cupio. *Igen kivánom.* Sehr verlangen. Welmi žádam. Kruto xelim. *Kruto selim.*

Post. *Utánna.* Nach. Po, za. Po, za. *Po; za* etc. Retinet suam significationem, v. g. Post-pono. *Utánna tészem.* Nach-setzen. Poněm, za nim kladem. Zapostavljam. *Zapoztavlyam.*

Prae. *Elől, elő.* Vor. Pred, pre. Pri. etc. *Pred, pre* etc. indicat antecessionem. v. g.

Cano. *Éneklek.* Pivam. *Popevam.* prae-cino. *Elől éneklek.* Vorsingen. Predspiwugem. Pripivam. *Predpopevam.*

Curro. *Futok.* Tercsim. *Derchim.* prae-curro. *Elől futok.* Vor-laufen. Predběhugem. Priterkujem. *Predderchim.*

Gusto. *Meg-kóstolom.* Koshtam. *Kusham.* prae-gusto. *Elől meg-kóstolom.* Vorkosten. Prekosstugem. Prikoshtujem. *Pred kusham.*

Paro. *Készitem.* Pravim. *Pripravlyam.* prae-paro. *Elől készitem.* Vor-bereiten. Predhotowugem. Pripravljam. *Pred pripravlyam.*

